

V
B J
C

LIMITES
REGNI POLONIAE,
&
MAGNI DUCATUS LITUANIAE,
ex
ORIGINALIBUS
ET EXEMPLIS AUTHENTICIS
DESCRIPTI.
&
IN LUCEM EDITI
Annô 1758.



VILNAE.
In Typographia Regia & Reipublicæ Collegii Vilnensis Scholarum Piarum. Cum facultate & Privilegio.





AD

CELSISSIMVM JOSEPHVM ALEXANDRVM

A PRVSSIS PRINCIPEM
IN JABŁONOW ET LACHOWCE,
COMITEM IN ZAWAŁOW ET LISIANKA
L. B. IN PODHORCE, VICHOLCZ &c.

JABŁONOVIVM

PALATINVM NOVOGRODENSEM
GVBERNATOREM BVSCENSEM,
CORSVNENSEM, DZWINOGRODENSEM, VOŁPENSEM,
ONYXTINENSEM, ZAGOSTENSEM &c. &c.
CAPITANEVM,
NEC NON
LAVARIENSEM, & RAKANCINENSEM, TENVTARIVM;
COHORTIS LORICATÆ ROTHMAGISTRVM;
EQVITEM TORQVATVM, ET COMMENDATOREM
ORDINVM S. SPIRITVS, S. MICHAELIS, ET S.
HVBERTI.

DOMINVM

BENEVOLENTISSIMVM

MATHIAS DOGIEL *Scholarum Piarum.*

CELSISSIME PRINCEPS
DOMINE
CLEMENTISSIME.



ogitanti mihi, mentemque ad præclara Illuſtrium Virorum Nomina convertenti, cui hanc, quam ex Tabulario Reipublicæ ſumma fide congeſſi, de Limitibus Regni, & Magni Ducatus Litvaniæ Monumentorum, Transactionumque ſeriem dedicarem. Tuum CELSISSIME PRINCEPS PALATI-

NE *Magnum Nomen inprimis ſe obtulit. Devovendæ nimirum erant Gemmæ iſtæ Principi hac tempeſtate Sapientiſſimo, qui earum pretium, & valorem penitius noſceret, qui in his rebus intelligeret, easque ex ſuo ingenio cenſere, æſtimareque poſſet. Cum enim Studium Rei Diplomaticæ in Polonia neglectum pæne ſit, quanti veteres Tabulæ, aliaque recentioris ævi Inſtrumenta, a quibus Juris Publici momenta pendent, habendæ ſint, haud multi certe ſunt, qui norunt. Mirum ſane non erit Germanis, qui ut univerſæ Rei Literariæ, ita Diplomatum longe peritiſſimi, prudentiſſimique Æſtimatores ſunt, Exemplum unius Autographi aliquot mille Aureis redimi, quod apud Noſtrates magno theatro fortaſſe ſpectaretur.*

Quamquam vero dubitandum mihi non erat PRINCEPS CELSISSIME, *quin hanc Operam, quam Tuo dicare Nomini deliberatum cum animo habui, placide, benevoleque ſuſciperes, attamen exuperavit ſpem, expectationemque noſtram mira Tuæ benevolentiæ comitas, facilitasque, cum non tantum, ut hic Liber ſub Tuis in Publicum prodiret Auſpiciis, indulgentiſſime conceſſeris, ſed etiam, qui Tuus inſignis eſt in bonas Literas amor, ſingularibus nos Tuis beneficiis auctos feciſti.*

Ma-

Magnis enim, ac illustribus, quæque similes sibi in paucis habent Virtutibus Tuis hunc pulcherrimum adiicis cumulum, ut in bonarum Literarum Cultores benignitate sis incredibili. Id vero tanto maiore Reipublicæ Literariæ bono accidit, quanto PRINCEPS CELSISSIME *plures in Te Ipso sunt Literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam, & reconditæ. Ita enim totum Te ad studia doctrinæ contulisti, ut vitam insuavem Tibi, atque ingratam putes, nisi illam in Artibus ingenuis, liberalibusque exigas disciplinis.*

Inde fit, ut quantum Tibi per Publica Negotia datur, nullum tempus elabi sinas, quo non in Literariis lucubrationibus operoso, multoque studio desudes, atque elabores. Cum vero singularis prope, & divina Ingenii Tui sit vis, abundantia, acumen, magnitudo, animique contentio vehementissima, vigiliarumque & laborum; quibus non modo non angeris, sed etiam oblectaris, perfunctio inenarrabilis, facile sapientissimos quosque multis post Te reliquisti intervallis.

Ne vero assentatiunculis quibusdam Tuam Gratiam PRINCEPS CELSISSIME *aucupari cuidam videamur,*

mur, Teſtes luculentiſſimos Tuorum de Literis, & Literatis meritorum producimus ACTORUM ERUDITORUM LIPSIENSIUM *Scriptores, qui Te* PRINCIPEM *divina quadam mente, conſilioque præditum, Rerum ad remotiſſimam Antiquitatem ſpectantium, Hiſtoriæ univerſæ, Chronologiæ, Anecdotorum Promptuarium, omnium Librorum, Manuſcriptorumque viventem Bibliothecam, omnis Eruditionis, Doctrinæ, Scientiarumque cumulatiſſimum Theſaurum, Poloniæ ſuæ Varronem, bonarum Literarum Inſtauratorem, & Propagatorem, earundemque Mecænatem Beneficentiſſimum iure, meritoque appellant, Cui in acceptis referendum eſt, quid quid laudis publicæ apud Exteros conſecutæ ſunt Muſæ Polonæ.*

Sed iam maiora Tuæ ſapientiæ, atque in ſtudiis doctrinæ multi, celeberrimique Nominis Argumenta ſunt, ipſæ Tabulæ; Tua ſcilicet PRINCEPS CELSISSIME *Opera, Judicii, Ingenii, Laborum, Vigiliarumque Tuarum immortalia Monumenta, in vario Argumenti genere, nempe Hiſtorico, Politico, Critico, Mathematico, ac Poetico concinnata; quorum ſexdecim iam evulgata omnium Eruditorum teruntur manibus, undecim vero quæ in Manuſcriptis extant, in Lucem publicam*

pro-

propediem ſunt edenda. Elegantiſſime igitur ſapientes huius ætatis Viri Tuam exprimunt Imaginem, dum Te inter Muſas non degere ſolum, ſed etiam conſeneſcere velle, ex vero prædicant. Quæ quidem præclara multiplicis doctrinæ Tuæ Documenta dum perſequor, illud mihi in mentem ſubit, quod olim CAIUS PLINIUS *enumeratis Avunculi ſui Libris Macro ſcripſit*: Nonne Tibi videtur recordanti quantum legerit, quantum ſcripſerit, in nullis Officiis fuiſſe: rurſus cum audis, quantum laboris publicis Officiis impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe?

Quantum vero gloriæ, & Ornamenti ex Tuo Nomine Literariæ accedat Reipublicæ, latet neminem. Quæ enim Celſiſſimæ Domus Tuæ ſit Antiquitas, Præſtantia, Auctoritas, & Magnitudo, enarratu certe difficile eſt. Namque ut multi Rerum Polonicarum tradunt Scriptores, ante milleſimum iam inde ſalutis humanæ Annum, apud Pruſſos Ducali inſignita Nomine JABLONOVIORUM *floruit Familia, indeque in Poloniam traducta, ac propagata fuit eo incremento, ut ex fortibus, & magnis Heroibus fortiores, Rerumque geſtarum fama ſemper Maiores procrearentur Nepotes. In hanc unam Domum omnes Regni Poloniæ,*

niæ, & M. D. L. Principes, quotquot regnarunt, coaluerunt Familiæ. JOANNIS III. *Regis Poloniæ Neptis ex Fratre, Conſors erat Palatini Ruſſiæ, Supremi Exercituum Regni Ducis, Avi Tui, & ut aliquid de* MICHAELE *Rege innuamus,* MICHAEL *Dux in Zbaraz Wiſniowiecki Palatinus Vilnenſis, Supremus Exercituum M. D. L. Dux, Aviæ Tuæ* ANNÆ KAZANOWSCIÆ *de Stirpe Mohilankarum, Moldaviæ Duciſſarum oriundæ, Frater erat Amitinus. Hæc inſuper cum Regia, Pruſſis oriunda* PIASTORUM, *Hæc cum* JAGELLONUM *Stirpe arctiſſimo Conſanguinitatis, & neceſſitudinis ſeſe coniunxit vinculo: qua de re cumulatius in Epiſtola Dedicatoria, cum illud Volumen, in quo res Pruſſiæ Diplomaticæ continentur, in Lucem prodibit, ut ſuo loco dicetur.*

Sereniſſimum vero feliciter hodie in Galliis imperantem LUDOVICUM XV. *Regem; quam proxima attingas affinitate, quis ignorat? Notum eſt omnibus Te* CELSISSIME PRINCEPS, MARIÆ *Sereniſſimæ Galliarum Reginæ eſſe Avunculum, Regisque* STANISLAI LESZCZINII *Amitinum Fratrem, Sereniſſimi vero* DELPHINI *Avum, notum eſt Amitam Tuam eſſe Sereniſſimam Reginam* LESZCZINIAM.

Jam

Jam ad publica illa, quibus Te totum Patriæ, cuius summo teneris amore, addixisti, me converto Officia. Illa vero pro duplici Reipublicæ ratione, Belli nimirum, aut Pacis, ne utrique Negotiorum parti deesses, divisa esse voluisti.

Utrisque igitur Te conspicuum, Tuæque Patriæ utilissimum Civem reddidisti: Testantur id per Te difficillimis Reipublicæ temporibus, semel atque iterum militares magna cum laude suscepti, & confecti ad Gedanum labores. Testes habes Tuæ fortitudinis exteras Nationes, ac in eis inprimis Germaniam, quæ Tuam ad Rhenum Militaris Rei omnibus numeris absolutam scientiam, invictamque, cum acri, magnoque animo adversa omnia premeres, constantiam, repetitis vicibus cum summo Gentis Tuæ honore suspexit.

Cum vero Bellica Munera pro illorum dignitate magna Laudum Tuarum propagatione obieris, jam non minorem Te in iis, quæ Pacis tempore susceperas, optime sustinendis, omnibus probasti.

Nam cum excelſitatem, magnitudinemque animi ad omnes Officiorum partes exequendas Ducem habeas, & Moderatricem, jam Operum Tuorum admiranda eſt Majeſtas, Dignitas, & Amplitudo.

Titulum Ducalem, quo Celſiſſima Domus Tua olim gloriabatur, poſt tot Sæculorum intervalla Tu Primus, Gentis Tuæ Caput, Tui unius cura, ſtudioque feliciter inſtauraſti. Res Patriæ, Tuæque Stirpis tot præſtantiſſimis in Lucem publicam editis, edendisque Codicibus illuſtraſti. Arces Lachovcenſem in Wolhinia, nec non Podhorecenſem in Ruſſia magnis Munitionibus, Operibusque inſignia Propugnacula excitaſti; & quod Tuæ in Rem publicam Liberalitatis perpetuum Monumentum futurum eſt, curſum publicum Veredariorum (Poſtam vocant) in Wolhinia, & Ukraina pro commodo Provinciarum illarum Tuis inſtituiſti ſumptibus.

Quis jam hic fundatas a Te, Tuisque Beneficiis cumulatas Eccleſias, magnificentiſſima Auguſtalia, ſplendidiſſima Palatia, aliaque ingentibus

tibus impensis erecta, perfectaque cum suis Apparatibus Ædificia, quibus Terras Tuas æque, atque Patriam ornasti, perfecte enarrare, exponereque, quis illas Tuas Lachovcensem, Podhorecensem, Jabłonoviensem, *copia, numeris, præstantia, atque delectu rarissimorum Codicum, evulgatorum, & Manuscriptorum, infinitaque antiquitate instructissimas Bibliothecas describere poterit?*

Immortalis certe Actorum, Gestorumque Tuorum, Princeps Celsissime, *memoria futura est. Mirum igitur jam nemini videri potest, summa* Te *ubique famæ, existimationisque celebritate excipi, neque tantum Serenissimum Regem nostrum* AVGVSTVM III. *singulari in Te esse animo, sed etiam Christianissimi Regis Galliæ tantam voluntatis in Te propendere inclinationem, ut cum alias multiplicia suæ Benevolentiæ signa palam* Tibi *exhibuerit, tum maxime, cum* Te *non ita pridem Insignibus* Ordinis Sancti Spiritus *adornaret.*

Sed jam Nominis, Ingenii, Meritorum, Operumque Tuorum magnitudo divinis aliorum laudi-

laudibus celebrata cumulatius est, Nosque id Instituti majore opera alibi prosequemur. Nunc PRINCEPS CELSISSIME *Series hæc Monumentorum, Documentorumque ad declarandos Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Litvaniæ Limites pertinentium, grati erga* TE *mei animi, antequam luculentius proferam, Testimonium sit.*

Vilnæ d. 18. Aug. An. MDCCLVIII.





PRAEFATIO.



Ullo meliore modo Patriæ nos gratificari posse existimamus, quam cum in eo contentionis plurimum, studiique consumimus, ut Monumenta Reipublicæ squallore detersa, atque ab interitu vindicata in lucem proferamus. Nulla enim otii literarii cura præstantior, nullum lucubrationum privatarum genus est, unde majores in Rempublicam fructus, & emolumenta, ac utilitates derivari possint. Offerunt scilicet

ſe haud raro inſignia Patriæ Documenta hactenus incognita, quæ non tantum rerum geſtarum gloriam, memoriamq; virtutis continent, ſed pondera etiam rerum ſecum trahunt, atq; in negotiis publicis ſingularia ſunt adminicula.

Itaq; Jura Finium Regni & Magni Ducatus Litvaniæ, veteribus æque ac recentioribus Tabulis, quas ex Originalibus, & Apographis ſumma fide deſcripſimus, illuſtrata congeſſimus, ſperamusque hanc noſtram operam Publico non ingratam, nec inutilem fore. Si enim magni ſemper apud doctos Viros fuit eorum induſtria, qui vetera Monumenta, quod ex iis aliquid ad notitiam antiquitatis accedebat, varia licet, & nullo materiarum nexu cohærentia divulgarunt, majora profecto ſunt, quæ ad uſum rerum faciunt, atque rationes Juris Publici in ſe continent. Enim vero non

eo

eo more, quem plerique finitimorum secuti sunt, hos Limites indicamus. Pensum illi suum fabulis, scriptorumque ejusdem farinæ opinionibus absolvunt, quorum Antesignanus Conrigius in Libro de Finibus Imperii Germanici, cum Poloniam attigit, in eo omnem operam contrivit, ut non inscite nugari videretur. Exemplaria Documentorum producimus, quorum summa auctoritas. Nimirum igitur ea rei evidentia est, ut illi adversari nemo possit.

Equidem pro varia Reipublicæ fortuna, varias Regni, & M. D. Litvaniæ accessiones, diminutiones, Limitesq; tum dilatatos, tum restrictos, & Jus quod Reipublicæ in quasdam Provincias, quæ ab Exteris possidentur, adhuc superest, luculentius in Codice Diplomatico videre unicuiq; pronum erit; non omnia tamen, quæ hic recensemus in illa Monumentorum serie habebuntur: neque

enim

enim Limites inter Poloniam & Litvaniam, & nonnulla alia hujus argumenti in illo Codice continentur. Prætereo quod Operis in ſex Volumina diviſi non facilis cuiq; copia futura eſt. Hæc ratio Inſtituti fuit, cur præſentem de Limitibus Regni & Magni Ducatus Litvaniæ Libellum ſeparatim imprimi fecimus.

Exigua quidem mole opella plerisq; videbitur, quo tamen pretio habenda ſit, ſummis ingeniis exquiſitaq; doctrina viros, qui cum Literarum juxta, atq; rationum in Literis periti ſint, æquos illius æſtimatores futuros confidimus.

TENOR PRIVILEGII.

AUGUSTUS III. DEI Gratia Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Singularem benevolentiam, favorem, protectionemque Noſtram Regiam merentur Patres Scholarum Piarum, qui omnem induſtriam, conatus, ſtudiaque ſua in id conferunt, ut publicæ, quam poſſunt maxime, provideant utilitati. Cum igitur ſupplicatum Nobis ab iis eſſet, ut Privilegium Noſtrum, quod ipſis die decima Decembris Anno 1754. pro imprimendo Codice Diplomatico huius Reipublicæ ab eis collecto nunc confirmaremus, ac confirmationem Noſtram Regiam ſub Sigillo M. D. L. edi faceremus &c. Nos petitionem eorum gratam habentes &c. Privilegium Noſtrum &c. confirmamus &c. ac denuo edicimus,

cimus, ne quiſquam alius, præter præfatos Patres Scholarum Piarum Collegii Vilnenſis, Opus ſimilis argumenti, & materiæ, ſive in toto, ſive in parte, Typis excudere audeat, tam in Regno Poloniæ, quam in Magno Ducatu Litvaniæ annexiſque Provinciis, ſub pœna mille Aureorum Hungaricalium, & confiſcatione omnium librorum, aliiſque pœnis contra convulſores Mandatorum Noſtrorum Lege publica ſancitis. Inſuper &c. In quorum fidem &c. Datum Varſaviæ, die 16. Menſis Martii Anno Domini MDCCLVII. Regni vero Noſtri XXIV.



NOVA ACTA ERUDITORUM.

publicata Lipſiæ

Calendis Iulii Anno MDCCLVI.

IOSEPHI ALEXANDRI, S. R. I. PRINCIPIS IABLONOVII Operum recenſio.

Etſi verum eſt illud *Quinctiliani*, nihil præcepta atque artes valere, niſi adiuvante natura; tamen, ſi ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam & conformatio doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere. Non quod natura, ſine doctrina, numquam valeat ad laudem; ſed quod hoc maior laus eſt, quo plus tuo ſis ſtudio, tuaque opera conſequutus. Hoc ſi ita eſt, uti profecto eſt, neminem unum, credimus, qui melioribus litteris animum imbuerit, carere laudibus oportere; omnium minime eos, qui ad nobilitatem generis, & naſcendi felicitatem, etiam litterarum amorem, &, quod maius eſt, copiam doctrinæ, adiunxerint. In ea quidem fortuna homines, ſi, quas amare non poſſunt, ſaltem non oderint, litteras, contenti ſumus. Si vero prodeat ex iis aliquis, qui ſe ad meliorum litterarum culturam quaſi demittere, atque inter primas curarum hæc ipſa ſtudia habere videatur; qui velit inter Muſas non degere ſolum, ſed etiam, neque aliter iucundius, conſeneſcere; qui denique hæc ſacra Muſarum colentes diligat, iisque, intercedente quaſi aliqua animorum coniunctione, cum voluptate utatur: hunc talem niſi elogio proſequamur, omnique poſteritati commendemus, oſtentemusque exemplum poſteris, inepti ſimus. Eſt hæc celſiſſimi *Iablonovii* Principis imago, quam hic exprimimus, amice Lector,

ctor, non ea quidem talis, qualem amor litterarum, & copiosa doctrina, quibus ad miraculum excellit atque eminet, iure suo deposcant; sed qualem, ne in Optimi Principis modestiam peccare videamur, nonnisi primis quasi lineis adumbravimus. Erit tempus, quo hunc Poloniæ suæ Varronem, hoc litterariæ reipublicæ, & in Eruditorum, & in Mæcenatum ordine, ornamentum, grata prædicabit posteritas, dicetque nepotibus, quam magna sint, quamque præclara in omnem eruditionem, Iablonovii Principis non intermoritura umquam merita. Nos Ei vitam & valetudinem, crudamque senectam, bono rei litterariæ, ex animo precamur: iam, quæ Suæ doctrinæ atque eruditionis monumenta prostare voluerit, recensituri. Sunt igitur hæc:

I) *Ustawy y zdanya;* seu Apophtegmata ac sententiæ, depromtæ ex variis fontibus, &c. Varsaviæ, typis Patrum Scholarum piarum, 1741. in 8. editio altera. Flores sunt, ex Ameloto de la Houssaye, Oxenstierna, aliisque decerpti, lingua vernacula, Polonica, eleganter redditi; quibus tamen multa etiam de suo addidit Auctor celsissimus, qui hunc librum Consanguineo & Socero suo, Duci in Wisznowiec, dicavit, eaque occasione usus est ad Genealogiam & Historiam celsissimæ huius gentis, qua fieri potuit accuratione, exponendam. Quam avide fuerit exceptus liber, etiam hoc documento est, quod exempla iam frustra quæruntur.

II) *L'Empire des Sarmates;* idiomate gallico, cuius neque Gallum indigenam poeniteat, scripta Sarmatarum historia. Opus egregium, iam tertium editum est, Halis propter Salam, anno exeunte 1755. 4. posteaquam primum Halis 1741. dein Norimbergæ apud Lochnerum 1748. prodiisset. De gente Sarmatarum, nemo unus adhuc, vel uberius, vel exactius commentatus est, quam hoc libro a celsissimo Principe Iablonovio factum ex vero prædicamus. A Scythiæ Sarmatis Slavos, a Slavis Polonos descendisse, tam egregie, tamque luculenter docuit, ut ea omnia, quæ apud Auctores in universum omnes, de hoc argumento, dispersa legimus, in eius opere, ad temporum ordinem exacta, coniunctim exposita videas; eoque in labore, profecto non tenui,

nui, an magis laudare Auctoris sollertiam, an acumen iudicii, debeamus, certe ambigimus. Addita est, non Poloniae solum, sed & Magni Ducatus Litvaniae, geographica & topographica descriptio, cum chronologia Regni elaboratissima.

III.) *Osada Kleynotow Rycerskich*, i. e. Heraldica, seu scientia stemmatum vel insignium Familiarum illustrium Poloniae, cum nonnullis eo pertinentibus supplementis atque additamentis, magnam partem non solum e tabulario Regni & M. D. Litvaniae, sed etiam ex chartophylaciis diversorum Regni tribunalium, praefecturarum, & familiarum illustrium, desumtis. Leopolii, typis Collegii Soc. Iesu 1743. in 4. & cum accessionibus, iterum, ibidem 1752. cum tabulis aeneis quamplurimis, affabre sculptis. Lingua vernacula scriptus liber est, qua nemo adhuc, quod sciamus, eam artem expressit; quid quod Heraldica, paucis Polonorum cognita, fere ibi locorum in contemtu fuit. Vindicavit eam a civium suorum socordia, celsissimus Iablonovius, deditque Poloniae primus praecepta artis, quam ignorare Polonos, nobilitate conspicuos, & splendore imaginum prae reliquis Europae incolis florentes, omnium minime decebat. Est locus, ubi etiam de originibus Poloniae, magni Duc. Litvaniae, & Prussiae, Auctor disseruit; quemadmodum & appendiculae loco, de successione, ex iure Polonico, commentatus est: quam iuris Regni particulam, nondum scimus exacte definitam antea fuisse. Dedicatio, origines Principum Radiviliorum, & Comitum Sapieha, ita illustrat, ut simul eruditionem Auctoris, & amorem patriae, luculenter testetur.

IV.) *Histoire ancienne, par Rollin*, &c. Historia antiqua est, a celsissimo Principe, Polonico sermone, e Rollini Gallico, reddita. Laudant in eo libro praeclarum linguae patriae nitorem, quo effectum est, ut iam exempla desiderentur. Prodiit Lublini, typis collegii Soc. Iesu, 1744. in 4.

V.) *Tabulae Iablonovianae*, &c. Amstelaedami partim, 1744. partim Norimbergae 1748. in charta regia maxima foliis integris, typis excusae sunt. Genealogiam inclutae Gentis Suae his tabulis proposuit Auctor celsissimus, inque eo opere viginti quinque annis integris desudavit, effecitque

pertinaci induſtria, magniſque ſumtibus, ut, in quo plurium doctorum virorum ſocietas vix profeciſſet, id iam uni ipſi debeatur. Quam, in Viro Principe, laboris patientiam, hoc magis ſuſpicimus, quo eſt, etiam in iis, qui omnem ætatem in litteris terunt, infrequentior. Alteram editionem parat Auctor celſiſſimus, novis acceſſionibus, atque emendationibus quibusdam, locupletatam.

VI.) *Vita & Martyrium d. Euſtachii*, carmine heroico Polono, Leopolii, typis Collegii Societatis Ieſu, plag. 50. In eo opere, Vita Martyris ita expoſita eſt, ut ſimul præclara inde doctrinæ moralis præcepta depromantur. Sed etiam carminis ipſius elegantia, laudem apud omnes meruit, quotquot ſermonis Poloni ita gnari ſunt, ut etiam de poeſi Polona exacte iudicent.

VII.) *Deſcriptio fundationis arcis & Capellae Lachovcenſis*, 1751. in 8. Lingua vernacula ſcriptus liber eſt, qui præter iſtius arcis, quæ eſt in dominio Celſiſſimi Principis, habitum, egregia multa, neque alibi obvia, de Ducatu & Palatinatu Volhyniæ, magna lectionis copia, complectitur.

VIII.) *Pars Scripturae Sacrae*, cum *Pſalterio*, lingua Polonica reddita, 1752. in 4. Operam dedit Auctor celſiſſ. ut quam exactiſſime poſſet, ſenſum Scripturæ Sacræ adſequeretur, quare etiam verſionem ſuam, ad aliam Kochanowskii, & metricam Saronskii, exegit. Quo ſtudio id conſequutus eſt, ut patriæ linguæ perfectam ſcientiam, quæ in hoc opere inprimis enitet; ſimul vero pietatis præclarum ſpecimen, quod in tractandis ſacris litteris ediderit; & Cives Poloni, & exteri, agnoſcant atque ſuſpiciant. Opus matri dicatum eſt, dedicatoria Epiſtola, etiam pietatis in Parentes indice.

IX.) *Muſaeum Polonum*, Leopolii 1752. 4. Eſt recenſio Scriptorum Poloniæ, rariorum potiſſimum, interpoſito Auctoris, de cuiusque præſtantia, iudicio. Proſtant quidem varii variorum, de Scriptoribus Polonis, commentarii; qualis eſt *Sam. Joah. Hoppii*, Gedani 1707. 4. editus, quem dein-

deinceps obſervationibus *Gabriel. Groddeck & Valentin. Schlieff* auctum, novæ editioni Dlugoſſi Lipſienſi Tomo I. præmiſſum videas; quo etiam referendus egregius liber *David. Braunii*, Coloniæ 1723. 4. de Scriptoribus Poloniæ & Pruſſiæ, tam impreſſis, quam manu ſcriptis; *Starovolſcii* item centum illuſtrium Scriptorum Polonicorum Elogia & Vitæ, Francof. 1625. 4. in quo tamen libro diligentiam deſiderant, & iudicii acumen, peritiores; quod etiam pretium levi libello *Varſevitii*, de Regibus, Sanctis, Bellatoribus, & Script. Polonis, Romæ, 1601. 8. Poſnaniæ 1629. 8. ſtatuendum eſt. Sed omnem horum Virorum diligentiam, erudionem, iudicandi peritiam, longe ſuperavit celſiſſimus Iablonovius, qui, de quibus libris iudicium tulit, eos non legit ſolum, ſed etiam, absque odio, aut gratia, quo quisque loco habendus ſit, ingenue & ex vero profeſſus eſt.

X.) *De Progreſſu Artis Poeticae*, Diſſertatio, Leopolii 1753. fol. Manuductionem continet ad poeticen, ſermone Polono; appendicis loco Index Poetarum Polonorum additus eſt, qui aliquod quaſi Muſæi Polonici ſupplementum dici poterit.

XI.) *Trigonometria*, 1753. 4. Liber itidem lingua vernacula ſcriptus, atque uſui potiſſimum Officialium Regni Poloniæ deſtinatus, quorum intererat, habere aliquem de ſuis civibus trigonometram, qui exactius Grzebſcio & Solſcio eam Mathematum particulam traderet. Quæ adiunctæ ſunt tabulæ, partim problematibus trigonometricis illuſtrandis, partim vero menſuris atque ponderibus explicandis, inſerviunt.

XII.) *Podhorecenſia*, liber Gelliana diligentia congeſtus, ex omni re litteraria, ſelectas animadverſiones exhibet, typis excuſus Leopoli 1754. 4. Nomen a caſtro celſiſſimi Principis ſortitus eſt, cui etiam originem debet. Addita ſunt quædam a nobiliſſimo Anglo, *Georgio Scop*, quæ ad elegantiores litteras æque pertinent.

XIII.) *Dodecas Ducum Martis Poloniae & Magni Duca-*

tus Lituaniae, ſeu *claſſicum Sarmatiae*, Tomus I. typis Ioannis Filipowicz, Leopolii 1754. in fol. Iſtius operis hanc eſſe rationem Auctor celſiſſimus voluit, ut tribus Tomis omnia ea complecteretur, quæcunque ad artis militaris in Polonia hiſtoriam pertinent. Primo igitur Tomo, poſt Præfationem, quæ omnem Libri oeconomiam ſuccincte exponit, quinque Diſſertationes ſunt, niſi malis Sectiones dicere. *Prima*, belli ducum in Polonia originem, muneris rationes, prærogativas denique, reique adeo bellicæ Polonæ hiſtoriam, proponit. Quibus ut fidem conciliaret Auctor, addidit, quæ huc pertinent, magno a ſe labore conquiſitas, Regni conſtitutiones. Quo effecit, ut primus argumentum hoc tractaſſe, eique præclaram lucem adfudiſſe, merito cenſeatur. Sequitur ſeries ducum belli, qui fuere in Polonia inde ab anno Chriſti 1000. ad noſtram uſque ætatem; qui labor, dici nequit, qua ſollertia fuerit, a celſiſſimo Auctore, quave adcuratione, argumento dicatus, quod nemo adhuc Polonorum occupaverat, etſi eſſet Patriæ perquam glorioſum. Diſſertatio *altera* exhibet vitam & res geſtas belli ducum militiæ regiæ, quam Domum Regiam, ſolemni vocabulo, adpellant. *Tertia* ad Regimentarios, (vulgo, ſed barbare, Generaliſſimos dicunt,) qui & ſupremorum ducum munere fungebantur, pertinet. *Quarta* de illis exponit ducibus, qui omni vita ſua exercuerunt militiam. *Quinta* denique vitas ducum quorundam, ſermone Polono, ad finem hiſtoriæ, complectitur. *Tomus II.* continebit aliorum VI. Ducum vitas; *Tomus III.* qui & ultimus, fata reliquorum, eodem ordine, proponet, eritque, quemadmodum opus univerſum, exemplo ducibus, qui ſunt, quique futuri ſunt impoſterum, qua fide & alacritate, qua fortitudine & conſtantia, ſit rebus Patriæ, bono reipublicæ, a bonis civibus, belli ducibus, invigilandum.

XIV.) *Anecdota Iablonoviana*, ad antiquiſſimæ & inclutæ gentis Iablonoviæ Hiſtoriam pertinent, cuius immunitates & privilegia concinno ordine recenſentur. Varſaviæ, typis Scholarum Piarum, 1754. in 4. Præclaro operi, ultimam manum adiecit Illuſtriſſ. *Zaluskius*, Comes, Supremus Regni Referen-

Referendarius, Vir, & amore litterarum, & præſtantia doctrinæ, a nobis ſæpenumero iam laudatus. Hic igitur, quidquid erat in incomparabili litteraria ſupellectile ſua, quod ad ornamenta celſiſſimæ Gentis Iablonoviæ pertineret, id omne, ultro lubensque, amplificandis exornandisque Anecdotis Iablonovianis ſuppeditavit. Eſt vero etiam propterea liber hic magnifaciendus, quod multa ei inſunt ad hiſtoriam antiquam Prutheno-Polonam ſpectantia. non facile alibi explicatius tradita.

XV) *Nagody*, ſeu *Nuptiæ Cananeæ*, Lipſiæ, typis Langenhemii, 1755. in 8. liber devotioni ſacer, in ſectiones quinque tributus. Prima, de Summi Numinis exiſtentia præcipit; reliquis, preces varias, & ſupplicationes, pias meditationes, aliaque iſtius generis, auctor exhibet.

XVI) *Bibliotheca Iablonoviana*, Lipſiæ apud Breitkopfium, 1755. Voluminibus IV. in 4. Egregium hunc inſtructiſſimæ Bibliothecæ Iablonovianæ catalogum, congeſſit M. *Frieder. Sigismundus Witzleben* Vir doctiſſimus; qui etiam, additis, ubi neceſſum videbatur, obſervationibus, cavit, ne vel præſtantia libri, vel raritas, vel quidquid ad litterariam hiſtoriam pertinet, ignoraretur. Qua diligentia effecit, ut Catalogi iſtius lectio, magnam ſit utilitatem omnibus iis, qui cognoſcendæ rei litterariæ deſiderio ducuntur, allatura. De ipſa, hoc Catalogo deſcripta, librorum omnis generis præſtantiſſimorum copia, dicere propterea ſuperſedemus, quod, qui eam maximis ſumtibus, magnoque delectu, congeſſit, Celſiſſimus Iablonovius, non ſolum qui libri boni ſint unus omnium optime intelligit, ſed etiam iis legendis tantum temporis & ſtudii impendit, ut Suo eum merito ambulantem Bibliothecam dixeris. Ex quo, qualem ipſe ſibi Bibliothecam inſtituerit, facile intelligitur. Poſtremus Catalogi Tomus, Codices Bibliothecæ Iablonovianæ membranaceos recenſebit. Gratulamur Poloniæ litteratæ, eique perpetuum precamur, hunc talem bonorum librorum amorem, quo in ſpem adducimur, fore, ut redeat omnino bonarum litterarum in Sarmatis cultu-

ra,

ra, cessetque tandem aliquando inveteratus ille, & exitialis artibus omnibus, error, nullam esse ex litteris, omnem ex bellica virtute, gloriam.

Atque hæc quidem sunt celsissimi Iablonovii opera, exscripta typis: reliquorum, quibus faventem Lucinam adprecamur, titulos adponemus. *Prima* omnium futura est, *de origine, progressu, cultura, perfectione denique, litteraturæ Slavo-Polonæ*, Dissertatio historico-critica. Argumentum a nemine occupatum.

II) *Ephemerides peregrinationum Iablonovianarum*, sermone Gallico.

III) *Astronomia.*

IV) *Repertorium Historiæ.*

V) *Collectanea poetica selecta.*

VI) *Orationes Iablonovii*, comitiales, nuptiales, funebres, vernaculo sermone habitæ, & uno volumine exhibendæ.

VII) *Vindiciæ Poloniæ contra Bohemiam*, seu Scriptores Bohemos, qui putant, S. Adalberti ossa, quæ Gnesinæ adservantur, esse in Bohemia.

VIII) *Tabularium locupletissimum Gentis Iablonoviæ.*

IX) *Diarium obsidionis Gedanensis.*

X) *Tabula Geographica Regni Poloniæ*, a Dom. S. Hilaire delineata, a celsissimo Iablonovio Principe instituta, atque ad omnes artis regulas, ex vero proposita.

XI) *Duodecim orationes Ciceronis*, emendandæ Eloquentiæ inservituræ.

Interest rei publicæ litterariæ, vivere & valere Auctorem celsissimum, quod una nobiscum omnes ii exoptaturi sunt, qui amant litteras, & qui, quantum ad earum gloriam, tam præclarum, tanti Principis, exemplum, conferat, intelligunt.

LIMITES

Inter Regnum Poloniæ & Marchiam Brandeburgicam.

Recognitio Comitum de Dresen, quod Castra Dresen (Driessen) et Santhok, ad Coronam Regni Poloniæ antiquitus pertinentia, a CASIMIRO *Rege Poloniæ in Feudum acceperint.* Datum Cracoviæ d. 22 Julii, anno 1365.

Ex Originali Sigill. 4.



In Nomine Domini Amen. Cum de Jure quilibet potius suo Domino naturali, quam extraneo fideliter obedientiam in omnibus licitis & honestis exhibere teneatur, noverit igitur tam præsens ætas, quam futura. Quod, Nos DOBROGOST, una cum fratribus Nostris, videlicet, ARNOLDO, HOLRICO, & BARTHOLDO, Comite de *Dresen*, vero zelo justitiæ inclinati, considerantes gesta Progenitorum nostrorum, quomodo, & qualiter ipsi cum Castris, videlicet, *Dresen*, & *Santhok* ad Coronam Regni Poloniæ ab olim pertinebant, & quæ inter Limites eiusdem Regni sunt inclusa, cum territoriis eis iunctis, eadem Castra, videlicet, *Dresen*, & *Santhok*, cum adiacentiis ipsorum, ex nunc ab Excellentissimo Principe Domino CASIMIRO Illustri Rege Poloniæ, in feudum verum recipimus, sibi & suæ Coronæ de eisdem Castris homagium facientes, promittentes fide bona, & absque fraude totius doli, eundem Dominum Regem, & eius Successores, contra quemlibet hostem juvare, tueri, ac pro viribus defensare, & nusquam deserere, etiam in ad-

verſis, etiam ad noſtra Caſtra intromittere gentem ſuam volumus, & ſpondemus, expugnatione civitatum, & terrarum ſub hoſtibus degentium quoties, & quando ſibi & ſuo Capitaneo videbitur expedire. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, Sigillorum Noſtrorum munimine roboratas. Actum, & Datum Cracoviæ, Die Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto. Præſentibus VENCESLAO Nemodlimenſi, HENRICO Zaganenſi, Magnificis Principibus. JOANNE Cracovienſi, FLORIANO Lancicienſi, Cancellariis. ANDREA Palatino Cracovienſi, WIRZBONTA Poznanienſi, SANDZIVOGIO Naklenſi, Caſtellanis. NICOLAO, dicto STRALA *de Grundzens*, PREDBOVIO *de Breſte*, & aliis multis fide dignis.

Homagium ULRICI *hæredis de Dreſno (Drieſſen)* VLADISLAO *Regi, et Regno Poloniæ præſtitum. Anno 1402.*

Ex Originali.

NOS VLRICVS Hæres de *Dreſno* ad univerſorum notitiam per hæc ſcripta deducimus: quod matura deliberatione, non aliquo errore ſeducti, ſed ex certa ſcientia voluntateque ultronea, de conſilio Genitricis noſtræ cariſſimæ, Sereniſſimum Principem Dominum VLADISLAUM Regem Poloniæ, Dominum noſtrum gratioſiſſimum in Dominum noſtrum recepimus, ſibique & eius Coronæ ac Regno Poloniæ cum Caſtro noſtro *Dreſno* perpetuo & homagialiter una cum Succeſſoribus noſtris, tanquam vero Domino noſtro, & hæredi adhærere & ſubici, ac verus ſubditus & Regnicola, ipſius eſſe promittimus, & eius Dominationi ſubiicimur, ut præmittitur homagialiter tenore præſentium mediante. Cui quidem Domino VLADISLAO, & eius Regno homagium & ſubiectionis ac obedientiæ debitum, ſuper fidelitate tenenda præſtitimus, per Nos & Succeſſores

res nostros inviolabiliter & perpetue tenendum, more solito & consueto. Ita quod præter ipsum Dominum VLADISLAUM, & eius Successores, ac Coronam Regni Poloniæ, nullum Dominum, aut hæredem, & protectorem debemus quæritare, sed ipsis tanquam verus subditus & homagialis fideliter adhærere, & eos ab omnibus insultibus quorumlibet inimicorum præmunire. Eo etiam non obmisso, quod de Castro nostro prædicto *Drezno* toto nostro posse de commodis ipsius Domini Regis, & terrarum eius curabimus providere, & ipsum ac terras ipsius ab omnibus incommodis, dispendiis, atque damnis toto posse nostro, ut præmittitur, præmunire, eo specialiter addito & expresso, quod si nos mori sine prole contigerit, ex tunc prædictum Castrum nostrum *Drezno*, ad ipsum Dominum Regem Poloniæ, & Coronam ipsius devolvetur: similiter si proles nostræ, si quas Nos habere continget, sine liberis, & succedaneis morientur, Castrum prædictum ad ipsum Dominum Regem, & Coronam ipsius perpetue pertinebit, quod ad manus Domini Regis nobis decedentibus, ut præmittitur, tenebitur, & regetur; cui quidem Domino Regi Burgrabius noster præsens, una cum consorte & Comite nostris, cum eodem Castro nostro ad manus SANDZIVOGII *de Ostrorog* promissionem facient; similiter & cæteri Burgrabii in ipso Castro eligendi & statuendi pro parte Domini Regis, ipsi Domino SANDZIVOGIO promissiones super obedientia & fidelitate tenenda, cum ipso Castro facient fideliter, & præstabunt, promittentes insuper, quod pro necessitate ipsius Domini VLADISLAI Regis, & Coronæ Regni Poloniæ prædictum Castrum nostrum *Drezno*, ad repellendas quorumlibet inimicorum ipsorum insidias volumus concedere, & ipsum sibi tanquam proprium eius, quotiescunque opus fuerit, aperire. Horum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in *Raczansz*, feria quinta ipso die corporis Christi, Anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, præsentibus his Venerabilibus in Christo Patribus Dominis, Domino NICOLAO de CUROW Archiepiscopo

 Gneznensi,

Gneznensi, Domino JOANNE Vladislaviensi, ALBERTO Poznaniensi, & Domino JACOBO Plocensi, Episcopis, Magnificisque Viris Dominis SANDZIWOGIO Swidwa Poznaniensi, & SANDZIWOGIO *de Schulino* Kallizienſi, Palatinis, multisque aliis noſtris fidis, & amicis.

Inſtrumenta tria prolatorum teſtium ſuper limitatione finium Regni Poloniæ, et Marchiæ novæ. Anno 1422. d. 25 Octobris.

Ex Originali.

Inſtrumentum Primum.

In Nomine Domini Amen. Sub anno eiusdem Nativitatis Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo. Indictione decima quinta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Martini divina Providentia Papæ Quinti Anno Quinto, Die viceſima quinta menſis Octobris, hora tertiarum, vel quaſi, in Cubiculo Venerabilis Patris Andreæ Abbatis Monaſterii in Paradiſo Ordinis Ciſtercienſis, Poznanienſis Diœceſis. In mei Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum præſentia, Conſtituti perſonaliter Nobiles Domini DOBROGOSTIUS *de Kamiona*, & HENRICUS KONOPKA in *Bukowiecz* hæredes, armigeri dictæ Diœceſis Poznanienſis medio Juramento, quod quilibet eorum tacta imagine Crucifixi præſtitit de dicenda veritate in cauſa, quæ inter Sereniſſimum Principem & Dominum, Dominum VLADISLAUM Dei gratia Regem, ac totum Regnum Poloniæ ab una, & Venerabilem Dominum PAULUM *de Rusdorff*, Magiſtrum Generalem, ac totum Ordinem Cruciferorum de Pruſſia, parte ab altera, de, & ſuper diſtinctione limitum, ſive Granicierum inter prænominatum Regnum Poloniæ, & terras ſive Dominia dicti Magiſtri Generalis, Ordinis Crucife-

rorum


rorum de Pruſſia, & ſignanter ſuper diſtinctione limitum, gadium, ſive granicierum Novam Marchiam reſpicientium, vertitur, ſeu verti ſperatur, depoſuerunt, ſive teſtati ſunt. Et primo Nobilis præfatus Dominus DOBROGOSTIUS *de Kamiona* ætatis octoginta annorum ſicut dictum eſt, juratus & interrogatus: quid ſibi conſtaret de dictis limitibus, gadibus, ſive graniciebus, Regnum Poloniæ, ac Novam Marchiam reſpicientibus? reſpondit: quod omnes villæ in iſta parte fluvii *Wartha* videlicet *Deſchno*, *Karmin*, *Ulin* & *Borek*, ab antiquo pertinebant, & ſpectabant ad Coronam, & Regnum Poloniæ ſupradictum, ac intra eiusdem Regni limites ſitæ ſunt, & locatæ. Item interrogatus de cauſa ſcientiæ, reſpondit: quod recordatur quia Villani dictarum villarum in ſignum ſubiectionis & ſervitutis debitæ, ſicut & ceteri Villani villarum ad monaſteria in *Paradiſo* & in *Blezow* ſpectantium ſolvere ſolebant Capitaneis Caſtri, & pro ipſo Caſtro *Medzyrzecz*, ſingulis annis certas contributiones, ſeu obventiones, videlicet, ova ad feſtum Paſchæ, & pro porco, vulgo *Wieprzowe*. Item interrogatus quo modo dictæ villæ ſunt devolutæ ad oppidum *Landisberg*? reſpondit,quod quidam Abbas Monaſterii in*Paradiſo* prædicti,nomine ANDREAS, qui, prout,teſtis retulit eundo ad Curiam Romanam in via defunctus eſt, dictam villam *Karmin* præfatis Oppidanis *Landisbergenſibus* pro certa ſumma pecuniarum, quam ad præſens non recordatur, vendidit coactus & compulſus, eo, quod dicti Oppidani *Landisbergenſes* Curiam dicti Domini Abbatis cum multo Comitatu ſubintrantes, ipſam Curiam, ac Eccleſiam in eadem villa *Karmin* iniurioſe concremarunt, ac alia plura damna eidem villæ intulerunt, propter quæ dictus Abbas ipſam villam a præfatis iniuriis & damnis protegere ac defendere non valens, eam vendidit prout ſupra: Et ſubiunxit, quod præfati Oppidani *Landisbergenſes*, ſingulis annis ratione emptionis, & venditionis dictæ villæ *Karmin*, ſolverunt & ſolvunt ac in perpetuum ſe aſtrinxerunt & obligaverunt ſolvere duodecem talenta piperis Domino Abbati, pro tempore exiſtenti, & ſuo Conventui in *Paradiſo* in *Frankenfordis*

ſibi, vel cui ipſe Dominus Abbas levanda commiſerit, reponenda, præſentanda, & cum effectu aſſignanda. Item idem teſtis adiecit, quod ſæpe dicti Oppidani *Landisbergenſes* ratione ſervitiorum a prædicta villa *Karmin* debitorum, ſtrenuo & nobili militi Domino DOMORATH Capitaneo Maioris Poloniæ Generali, totiens quotiens ſingulis annis per eum moniti fuerant, unum vas de vino, & aliud de cereviſia *Landisbergenſi*, & interdum unum currum de nucibus mellanis, in ſignum ſervitutis ratione dictæ villæ *Karmin* debitæ, pro Caſtro *Medirzecz* pro honore dicti Domini DOMORATH dederunt, petentes ne ad ſervitia dicto Caſtro *Medirzecz* taliter, ut prædictum eſt, debita ſtringerentur. Et poſt deceſſum dicti Domini DOMORATH alii Capitanei ſeu Tenutarii ſucceſſerunt in Caſtrum *Medirzecz*, qui ignorabant de ſervitiis Villanorum villæ *Karmin* prædictæ, ex eo quod fuerint hoſpites, videlicet de terra *Cracovienſi*: & poſtea ortæ ſunt gverræ in Regno Poloniæ, ita quod dicti Oppidani *Landisbergenſes* pro ſervitiis, Contributionibus, ſeu obventionibus de ipſa villa *Karmin* debitis, minime fuerunt moniti, & ſic evadere volunt, & dicto Caſtro *Medirzecz* ſervire: Villanos prædictos prohibent, in præiudicium Domini Regis, & Coronæ Regni Poloniæ. Item dixit ſe a multis ſenibus audiviſſe: quod quidam nobilis *Terrigena* Regni Poloniæ, limites inter hæreditates ſuas & bona dictorum Oppidanorum de *Landisberg* volens diſtinguere, conveniens cum præfatis Oppidanis *Landisbergenſibus*, diſpoſuit, ordinavit, & concluſit, quod pondera de fœno fortiter ligata ad medium fluminis *Wartha* ponere debuerunt, ſicut & fecerunt, & quacunque dicta pondera ſeu ligaturæ fæni per aquam dicti fluminis *Wartha* decurrerent, illic limites hinc inde diſtingui deberent, & notari, & factum eſt ita, quod ubicunque dicta pondera per aquam fluxerunt, ibi ab utraque parte limites notaverunt, & eos ſervaverunt, ſicque præfatus nobilis medietatem fluminis *Warthæ*, & medietatem pontis, ante dictum oppidum *Landsberg* in eodem flumine ſiti libere, tenuit, & poſſedit, & medietatem pontalium ſeu telonii recepit

pro

pro uſu ſuo, ſicut Terrigena Regni Poloniæ. Item interrogatus quid ſibi conſtaret de Caſtro *Dreſen (Drieſſen)* reſpondit, quod Caſtrum prædictum *Drezen*, & omnes hæreditates, ſilvæ, borræ, ac nemora in iſta parte fluvii *Notheſz* ſita, ſunt intra limites Regni Poloniæ; non obſtante iſto, quod maxima pars dicti fluvii *Notheſz* propter obſtaculum retro Caſtrum per artem factum, per quod dictus fluvius *Notheſz* quaſi retrograde in iſta parte Caſtri in quendam torrentem, *Birzwenich* dictum, defluit, & decurrit, quem torrentem *Birzwenich* propter dictum fluvium *Notheſz* in eum decurſum ductum, Caſtrum *Drezen* pro ſe per hoc uſurpare cupientes, *Notheſz* vocant & appellant. Et, prout idem teſtis depoſuit, ſi dictum obſtaculum amoveretur, ſæpe dictus fluvius *Notheſz* meatu ſuo naturali in illa parte Caſtri *Drezen* decurreret, prout prius decurrebat. Item ſecundus teſtis HENRICUS KONOPKA prædictus, ætatis circa quadraginta annorum, juratus & interrogatus, quid ſibi conſtaret de præmiſſis limitibus? reſpondit: quod a multis ſenibus audivit, quod præfatæ villæ *Drezno*, *Karmin*, *Ulim*, & *Borek*, ſunt intra limites Regni Poloniæ ſitæ & locatæ, de contributionibus vero & ſervitiis per Villanos dictarum villarum, & Oppidanos *Landisbergenſes*, ratione emptionis earundem, depoſuit, ut teſtis primus; De aliis dixit ſibi non conſtare, ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, Magnificus ac ſtrenuus Dominus SANDZIVOGIUS Palatinus Poznanienſis, & Capitaneus Maioris Poloniæ Generalis præfati Domini VLADISLAI Regis, ac totius Coronæ Regni Poloniæ, ſuoque nomine petiit a me Notario publico infraſcripto, ſibi fieri, & confici unum, vel plura, publicum, ſeu publica inſtrumenta; Acta ſunt hæc Anno, Indictione, Pontificatu, die, Menſe, hora, & loco, quibus ſupra; præſentibus ibidem Venerabili ſtrenuo & Nobilibus Viris Dominis ANDRÆA ABBATE, prædicto DOBROGOSTIO *de Pruſchino*, CUNRATOWSKI Armigero Poznanienſis Diœceſis prædictæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis:

Et ego



Et ego Nicolaus, quondam Joannes Tarnowski Clericus Poznaniensis Diœcesis, publicus Imperiali authoritate Notarius, prædictis juramentis, depositionibus, aliisque omnibus & singulis præmissis dum sic, ut præmittitur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi. Ideo hoc præsens publicum Instrumentum manu mea propria scripsi, & in hanc publicam formam redegi. Signo & nomine meo, solitis & consuetis consignando, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Instrumentum Secundum.

Ex Originali. Anno 1422. d. 28 Octobr.

In Nomine Domini Amen. Sub anno Nativitatis Eiusdem millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, indictione decima quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Martini, divina Providentia Papæ Qvinti, anno quinto, die vicesima octava mensis Octobris, hora tertiarum, vel quasi, in domo strenui Domini Theodorici, Vexilliferi Poznaniensis,


in

in Oppido *Miedzytoth.* In mei Notarii publici, & testium infra scriptorum præsentia, constituti personaliter præfatus Dominus THEODORICUS, Nobilis THOMISLAUS BRIL *de Borziszko* hæredes, Armigeri dictæ Poznaniensis Diœcesis, & providus MATHIAS WARTINA, Oppidanus ibidem in *Medzytoth*, medio Juramento, quod quilibet eorum tacta imagine Crucifixi præstitit, de dicenda veritate in Causa, quæ inter Serenissimum Principem, & Dominum, Dominum VLADISLAUM Dei gratia Regem, ac totum Regnum Poloniæ, ab una, & Venerabilem Dominum PAULUM *de Rusdorff*, Magistrum Generalem, ac totum Ordinem Cruciferorum de Prussia, parte ab altera, de, & super distinctione limitum, sive granicierum inter ipsum Regnum Poloniæ, & Terras, sive Dominia dicti Magistri Generalis, & Ordinis Cruciferorum de Prussia, & signanter super distinctione limitum, gadium, sive granicierum, novam Marchiam respicientium, vertitur, seu verti speratur, deposuerunt, sive testati sunt. Et primo præfatus Dominus THEODORICUS quinquaginta annorum, vel circa, sicut dictum est, juratus, & interrogatus, quid sibi constaret, de dictis limitibus, gadibus, sive granieciebus Regnum Poloniæ, ac novam Marchiam respicientibus? respondit: quod omnes villæ in ista parte fluvii *Wartha*, videlicet: *Deschno*, *Karmin*, *Ulin*, & *Borek*, ab antiquo pertinebant, & spectabant ad Coronam, & Regnum Poloniæ supra dictum, ac intra Regni eiusdem limites, sitæ sunt & locatæ. Item interrogatus de causa scientiæ, respondit: quod recordatur, quia Villani dictarum villarum in signum subiectionis, & servitutis debitæ, sicut & ceteri Villani villarum ad Monasteria in *Paradiso*, & in *Blezowo*, spectantes, solvere solebant Capitaneis Castri, & pro ipso Castro *Medirzecz*, singulis annis certas Contributiones, seu obventiones, videlicet: Ova ad festum Paschæ, & pro porco vulgariter *Wieprzowe.* Item interrogatus quomodo dictæ villæ sunt devolutæ ad Oppidum *Landisberg*, respondit, quod quidam Abbas Monasterii in *Paradiso* prædicti, nomine ANDREAS, dudum defunctus, dictam villam *Karmin*,

præfatis Oppidanis Landisbergenſibus pro certa ſumma pecuniarum, quam ad præſens non recordatur, vendidit coactus, & compulſus, eo quod dicti Oppidani Landisbergenſes, curiam dicti Domini Abbatis, cum multo comitatu ſubintrantes, ipſam curiam ac Eccleſiam in eadem villa *Karmin*, iniurioſe concremarunt, ac alia plura damna eidem villæ intulerunt, propter quæ dictus Abbas, ipſam villam a præfatis iniuriis, & damnis, protegere, & defendere non valens, eam vendidit, prout ſupra. Subindeque præfati Oppidani Landisbergenſes ſingulis annis, ratione emptionis & venditionis dictæ villæ *Karmin*, ſolverunt, & ſolvunt, ac in perpetuum ſe aſtrinxerunt, & obligaverunt ſolvere duodecem talenta piperis Domino Abbati, pro tempore exiſtenti, & ſuo Conventui in *Paradiſo*, in *Frankenfordis*, ſibi, vel cui ipſe Dominus Abbas levanda commiſerit, reponenda, præſentanda, & cum effectu aſſignanda. Item idem teſtis adiecit, quod ſæpe dicti Oppidani Landisbergenſes, ratione ſervitiorum a prædicta villa *Karmin* debitorum, Strenuo & Nobili Militi Domino DOMORATH, Capitaneo Maioris Poloniæ, toties, quoties ſingulis annis per eum moniti fuerant, unum vas de vino, aliud de cereviſia Landisbergenſi, in ſignum ſervitutis, ratione dictæ villæ *Karmin*, debitæ pro Caſtro *Medirzecz*, pro honore dicti Domini DOMORATH dederunt, petentes, ne ad ſervitia dicto Caſtro *Medirzecz* taliter, ut prædictum eſt, debita ſtringerentur. Item interrogatus, unde ſibi conſtaret? reſpondit: quod dictum vinum & cereviſiam prædictos Oppidanos Landisbergenſes in curribus adducere vidit, & idem vinum ac cereviſiam cum Patruo ſuo, Domino DOMORATH prædicto, bibit; & poſt deceſſum dicti Domini DOMORATH, alii Capitanei, ſeu Tenutarii ſucceſſerunt in Caſtrum *Medirzecz*, qui ignorabant de ſervitiis Villanorum villæ *Karmin* prædictæ, ex eo, quod fuerunt hoſpites; & poſtea ortæ ſunt guerræ in Regno Poloniæ, ita, quod dicti Oppidani Landisbergenſes pro ſervitiis, Contributionibus, ſeu obventionibus de ipſa villa *Karmin* debitis, minime ſunt moniti,

& ſic

& ſic evadere volunt, & dicto Caſtro *Medirzecz* ſervire Villanos prædictos prohibent, in præiudicium Domini Regis, & Coronæ Regni Poloniæ. Item interrogatus, quid ſibi conſtaret de Caſtro *Drezen*, reſpondit: quod Caſtrum prædictum *Drezen*, & omnes hæreditates ſilvæ, borræ, ac nemora, in iſta parte fluvii *Noteſz* ſita, ſunt intra limites Regni Poloniæ, non obſtante iſto, quod maxima pars dicti fluvii *Noteſz*, propter obſtaculum retro Caſtrum per artem factum, per quod dictus fluvius *Noteſz*, quaſi retrograde in iſta parte Caſtri in quendam torrentem, *Birzwenich* dictum, defluit, & decurrit, quem torrentem *Birzwenich*, propter dicti fluvii *Noteſz* in eum decurſum, dictum Caſtrum *Drezen*, pro ſe per hoc uſurpare cupiendo, *Noteſz* vocant, & appellant, & prout idem teſtis depoſuit, ſi dictum obſtaculum amoveretur, ſæpe dictus fluvius *Noteſz* meatu ſuo naturali in illa parte Caſtri *Drezen*, decurreret, prout prius decurrebat. Item ſecundus teſtis THOMISLAUS BRIL cum tertio videlicet MATHIA WARTINA, prædicti ambo ætatis ſeptuaginta, vel circa, annorum, jurati & interrogati, quid eis conſtaret de præmiſſis limitibus, reſponderunt ſimiliter, & eodem modo, prout primus teſtis depoſuit, in omnibus dictis ſuis ſuperius expreſſis ſecum concordando, & ſic eſſe affirmant. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, Magnificus, ac Strenuus Dominus SANDIVOGIUS, Palatinus Poznanienſis, & Capitaneus Maioris Poloniæ Generalis, præfati Domini VLADISLAI, Regis, ac totius Coronæ Regni Poloniæ, ſuoque, nominibus, petiit a me Notario publico infra ſcripto ſibi fieri & confici unum, vel plura, publicum, ſeu publica inſtrumenta. Acta ſunt hæc anno, Indictione, Pontificatu, die, menſe, hora, & loco, quibus ſupra. Præſentibus ibidem Nobilibus Viris Dominis DOMORATH, filio ſtrenui Domini THEODORICI prædicti, VILHELMO Advocato in *Medzich*, & DOBESLAO *de Borczysko* Armigeris Poznanienſis Diœceſis prædictæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.



Et ego NICOLAUS quondam JOANNES TARNOWSKI Clericus Poznanienſis Diœceſis, publicus Imperiali authoritate Notarius, prædictis juramentis, depoſitionibus, aliisque omnibus & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi. Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum manu propria ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi. Signo, & nomine, meis ſolitis, & conſuetis conſignando, in fidem & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum rogatus, & requiſitus.

Inſtrumentum Tertium.

Quo continentur teſtimonia prolatorum teſtium ſuper limitatione finium Regni Poloniæ, et novæ Marchiæ. Anno 1422. d. 29 Octobr.

Ex Originali.

In Nomine Domini Amen. Sub anno Nativitatis Eiusdem Domini, milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo, Indictione decima quinta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, ac

Domini

Domini Noſtri, Domini Martini divina Providentia Papæ V, anno quinto, die viceſima nona menſis Octobris, hora tertiarum, vel quaſi, in præſentia Nobilis Domini DOBROGOSKI in *Sirakowo* Hæredis, Armigeri Poznanienſis Diœceſis, in mei Notarii publici, ac teſtium infra ſcriptorum præſentia, conſtituti perſonaliter Nobiles Viri NICOLAUS in *Zathono*, & JOANNES in *Jabłonowo* hæredes, nec non providi NICOLAUS PYCZYKAUS, & NICOLAUS TUKIERKA, Oppidani ibidem in *Sirakowo*, dictæ Poznanienſis Diœceſis, medio Juramento, quod quilibet eorum tacta imagine Crucifixi præſtitit, de dicenda veritate, quam inter Sereniſſimum Principem, & Dominum, Dominum VLADISLAUM Dei gratia Regem, ac totumRegnumPoloniæ, ab una: &VenerabilemDominum PAULUM *de Rusdorff*, Magiſtrum Generalem, ac totum Ordinem Cruciferorum de Pruſſia, parte ab altera, de, & ſuper diſtinctione limitum, ſeu granicierum, inter ipſum Regnum Poloniæ, ac Terras, ſive Dominia dicti Magiſtri Generalis, & Ordinis Cruciferorum de Pruſſia, & ſignanter ſuper diſtinctione limitum, gadium, ſeu granicierum novam Marchiam reſpicientium, vertitur, ſeu verti ſperatur, depoſuerunt, ſive teſtati ſunt. Et primo præfatus NICOLAUS ZATHOMSKI, ætatis nonaginta annorum, vel circa, ſicut dictum eſt, juratus & interrogatus, quid ſibi conſtaret de dictis limitibus, gadibus, ſive graniciebus Regnum Poloniæ, ac novam Marchiam reſpicientibus? reſpondit: quod omnes villæ in iſta parte fluminis *Wartha*, videlicet: *Deſchno*, *Karmin*, *Ulin*, & *Borek*, ab antiquo pertinebant, & ſpectabant ad Coronam, & Regnum Poloniæ ſupradictum, ac intra eiusdem Regni Limites ſitæ ſunt, & locatæ. Item interrogatus de cauſa ſcientiæ, reſpondit: quod recordatur, quia Villani dictarum villarum in ſignum ſubiectionis, & ſervitutis debitæ, ſicut & ceteri Villani villarum ad Monaſteria in *Paradiſo*, & *Blezowo* ſpectantium, ſolvere ſolebant Capitaneo Caſtri, & pro ipſo Caſtro Medzyrecenſi ſingulis annis certas contributiones, ſeu obventiones, videlicet pro

 porco

porco vulgariter *Wieprzowe;* Item interrogatus, quomodo dictæ villæ ſunt devolutæ ad Oppidum *Landisberg*, reſpondit: quod quidam Abbas Monaſterii in *Paradiſo* prædicti, nomine ANDREAS, qui dudum defunctus eſt, dictam villam *Karmin* præfatis Oppidanis Landisbergenſibus pro certa ſumma pecuniarum, quam ad præſens non recordatur, vendidit coactus, & compulſus, eo quod dicti Oppidani Landisbergenſes Curiam dicti Domini Abbatis cum multo comitatu ſubintrantes, ipſam Curiam, ac Eccleſiam in eadem villa *Karmin* injurioſe concremarunt, ac alia plura damna eidem villæ intulerunt, propter quæ, dictus Abbas ipſam villam a præfatis injuriis, damnis, protegere & defendere non valens, eam vendidit prout ſupra; alias vero villas prædictas ignorat, quas dicti Oppidani Landisbergenſes pro ſe uſurpaverunt. Et ſubiunxit: quod præfati Oppidani Landisbergenſes ſingulis annis ratione emptionis, & venditionis dictæ villæ *Karmin* ſolverunt, & ſolvunt, ac in perpetuum ſe aſtrinxerunt, & obligarunt ſolvere duodecim talenta piperis Domino Abbati pro tempore exiſtenti, & ſuo Conventui in *Paradiſo* in *Frankenfordis*, ſibi, aut cui ipſe Dominus Abbas levanda commiſerit, reponenda, præſentanda, & cum effectu aſſignanda. Item idem teſtis adiecit, quod ſæpe dicti Oppidani Landisbergenſes, ratione ſervitiorum a prædicta villa *Karmin* debitorum, ſtrenuo & Nobili militi Domino DOMORATH, Capitaneo Maioris Poloniæ, totiens quotiens ſingulis annis per eum moniti fuerant, unum vas de vino, & aliud de cereviſia Landisbergenſi, in ſignum ſervitutis, ratione dictæ villæ *Karmin* debitæ, pro Caſtro *Medzyrzecz*, pro honore dicti Domini DOMORATH dederunt, petentes, ne ad ſervitia dicto Caſtro *Medzyrzecz* taliter, ut prædictum eſt, debita ſtringerentur. Et poſt deceſſum dicti Domini DOMORATH, alii Capitanei, ſeu Tenutarii ſucceſſerunt in Caſtrum *Medzyrzecz*, qui ignorabant de ſervitiis Villanorum villæ *Karmin* prædictæ, & aliarum villarum prædictarum, ex eo, quod fuerint hoſpites, videlicet de Terra Cracovienſi,

quidam

quidam Dominus SWOKZYANETZ. Et poſtea ortæ ſunt guerræ in Regno Poloniæ ita, quod dicti Oppidani Landisbergenſes pro ſervitiis, Contributionibus, ſeu obventionibus de ipſa villa *Karmin*, & aliis, in jure non fuerunt moniti, & ſic evadere volunt, ita, ut dicto Caſtro *Medzyrzecz* ſervire Villanos prædictos prohibent, in præiudicium Domini Regis, & Coronæ Regni Poloniæ. Item dixit ſe a multis Senibus audiviſſe, quod quidam Nobilis, terrigena Regni Poloniæ, limites inter hæreditates ſuas, & bona dictorum Oppidanorum de *Landisberg*, volens diſtinguere, conveniens cum præfatis Oppidanis Landisbergenſibus diſpoſuit, ordinavit, & concluſit, quod pondera de fœno fortiter ligata ad medium fluminis *Wartha* poni debuerunt, ſicut & fecerunt, & quacunque dicta pondera, ſeu ligaturæ fœni per aquam dicti fluminis *Wartha* decurrerent, illic limites granicie diſtingui deberent, & notari; & factum eſt ita, quod ubicunque dicta pondera per aquam fluxerunt, ibi ab utraque parte limites notarunt, & eas ſervarunt, ſic, quod præfatus Nobilis medietatem fluminis *Warthæ*, & medietatem pontis, ante dictum Oppidum *Landisberg*, in eodem flumine ſibi libere tenuit, & poſſedit, & medietatem pontalium, ſeu thelonei recepit, pro uſu ſuo, ſicut terrigena Regni Poloniæ. Inſuper idem teſtis dixit ſe audiviſſe, quod idem terrigena in medio pontis eiusdem ſuper fluvio, *Wartha* dicto, ante Oppidum *Landisberg*, habuit verſus partem ſuam, huc ad Poloniam unam clauſuram, ſeu valvam ſuper catenis conſtructam, quam ſuis ſeris claudebat, aliam vero valvam, ſeu clauſuram ſimilem dicti Oppidani Landisbergenſes, in eodem ponte, verſus Oppidum *Landisberg*, habuerunt. Item interrogatus, quid ſibi conſtaret de Caſtro *Drezen?* reſpondit, quod Caſtrum prædictum *Drezen*, & omnes hæreditates, ſilvæ, borræ, aut nemora in iſta parte fluvii *Notheſz* ſita, ſunt intra limites Regni Poloniæ, non obſtante iſto, quod maxima pars dicti fluvii *Notheſz*, propter obſtaculum retro Caſtri partem factum, per quod dictus


fluvius

fluvius *Nothesz* quasi retrograde in ista parte Castri, in quendam torrentem, *Birzwenich* dictum, defluit, & decurrit, quem torrentem *Birzwenich*, propter dicti fluvii *Nothesz*, in eum decursum, dictum Castrum *Drezen*, pro se pro hoc usurpare cupientes, *Nothesz* vocant, & appellant, & prout idem testis deposuit, si dictum obstaculum amoveretur, sæpe dictus fluvius *Nothesz*, meatu suo naturali in illa parte Castri *Drezen* decurreret, prout prius decurrebat. Item sic dictus testis JOANNES JABLONOWSKI productus erat, sexaginta annorum, vel citra, juratus & interrogatus, quid sibi constaret de prædictis limitibus? respondit, quod a multis senibus audivit, quod præfatæ villæ *Dreschno*, *Karmin*, *Ulim* & *Borek*, sunt intra limites Regni Poloniæ sitæ & locatæ, de Contributionibus vero, & ruinis per Villanos dictarum villarum, & Oppidanos Landisbergenses, ratione emptionis earundem, deposuit ut testis primus. Item subiunxit, se scire de quadam turri lignea, quæ stetit super monte fortalitii in *Woronki*, quod recepta de *Woronki*, & in fluvio *Wartha* ipsa turris usque in *Santhok* missa, & ibidem in *Santhok*, dicta turris iterum super monte fortalitii *Santhok*, fuit extructa & locata, quod fortalitium *Santhok* spectabat, & spectare dignoscitur ab antiquo ad Regnum Poloniæ eo, quod idem Tenutarius, seu Capitaneus tenuit ambo fortalitia prædicta *Woronki* & *Santhok*, nomine Regis Poloniæ. Item tertius, & quartus testis NICOLAUS LGESIKAUS, & NICOLAUS KUKIELKA prædicti, jurati & interrogati, quid ipsis constaret de primis, responderunt per omnia ut præcedentes. Item anno Indictionis, Pontificatus, die, mense, quibus supra, hora vesperorum, vel quasi. In domo providi Viri NICLOS HEKHARTH Oppidani in *Ostrog*, constituti personaliter Nobilis Dominus NICOLAUS BAWOROWSKI Armiger, & prædictus NICLOS HEKHARTH dictæ Posnaniensis Diœcesis, medio juramento, quod quilibet eorum tacta imagine Crucifixi præstitit, de dicenda veritate in causis, & articulis supra dictis, deposuit. Et primo dictus NICOLAUS BAWO-

ROWSKI,

ROWSKI, ſeptuaginta annorum ætatis, vel citra, dixit ſe in juventute ſua, apud Tenutarium in fortalitio *Hochczit*, per unam ſeptimanam clavigeram fuiſſe, quod fortalitium *Hochczit*, tunc ſpectabat, & pertinebat ad Coronam Regni Poloniæ, de quo etiam eſt publica vox, & fama. Item teſtis NICLOS HEKHARTH prædictus, juratus & interrogatus, quid ſibi conſtaret de præmiſſis, & erat ſeptuaginta annorum, reſpondit, ſe tempore iuventutis ſuæ in Oppido *Landisberg*, tribus annis cum medio ſcholam, cauſa ſtudii viſitaſſe, & apud quendam Oppidanum ibidem in *Landisberg*, nomine JOANNEM COTH, expenſas habuiſſe, qui quidem JOANNES COTH, dicto NICLOS HETHARTH, dicere habuit, ut recordaretur, quod vera granicies inter Regnum Poloniæ & novam Marchiam eſt, & fore dignoſcitur in medio fluminis *Wartha* ante Oppidum *Landisberg*, & dixit fieri unum palum ferreum, in medio fluminis eiusdem *Wartha*, ſub medio ponte ſtare infixum, qui palus mediat, & ſignat veras granicies inter Regnum Poloniæ & novam Marchiam. Item adiecit idem teſtis NICOLAUS HEKHARTH, quod, dum eodem tempore ſcholam in *Landisberg*, ambulaſſet, cum quodam ſuo conſtudente nomine HANNUS HOENDORFF, de diſtrictu *Glogovien*, & cum aliis Clericis in fluvio *Wartha*, ibidem in *Landisberg*, notavit quidam caſu ſupra dictum palum ferreum, notans & cum manibus ſuis palpans, pedibus, erecto ſuper aquam corpore, ſtare ſe dixit, de eodem dicens ad ſocios ſuos: ecce adinveni palum, de quo hoſpes meus mihi referebat, & nunc ſi eſſet neceſſe, vellet eundem palum invenire, & ipſum cui placet, demonſtrare; ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis, Magnificus, ac ſtrenuus Dominus SANDIVOGIUS, Palatinus Poznanienſis, Capitaneus Majoris Poloniæ Generalis, præfati Domini VLADISLAI Regis, ac totius Coronæ Regni Poloniæ, ſuoque, nominibus petiit a me Notario Publico infra ſcripto, ſibi fieri, & confici unum, vel plura, publicum ſeu publica inſtrumenta. Acta ſunt hæc anno, indictione, Ponti-

ficatu, die, menſe, hora & loco quibus ſupra, præſentibus Diſcretis Viris Dominis STEPHANO PLEBANO in *Sirakowo*, & Nobilibus DOBROGOSTIO hærede ibidem, nec non STANISLAO PLEBANO in *Oſtrog*, & JOANNE KNISCHIO hærede Armigero Poznanienſis Diœceſis prædictæ; teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.



Et ego NICOLAUS, quondam JOANNIS TARNOWSKI Clericus Poznanienſis Diœceſis, publicus Imperiali authoritate Notarius, prædictorum juramentorum, depoſitionibus, aliiſque omnibus & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi. Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum manu mea propria ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi. Signo & nomine meis ſolitis, & conſuetis conſignando, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

PETRUS

PETRUS *Episcopus Lubucensis, cum suo Capitulo recognoscit* CASIMIRUM *Regem Poloniæ, esse Dominum et Patronum Ecclesiæ suæ Lubucensis, eidemque fructus perceptos, et expensas litis remittit.* Datum, Cracoviæ, die 25 Junii Anno 1369.


Ex Originali.

In Christi Nomine Amen. Nos PETRUS Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Lubucensis, ad universorum notitiam deducimus per præsentes, quod orta dudum inter Dominum HENRICUM bonæ memoriæ Episcopum Lubucensem Prædessorem nostrum, & Capitulum suum Lubucense ab una, ac Serenissimum Principem Dominum CASIMIRUM Regem Poloniæ Illustrem parte ab altera, materia quæstionis super occupatione, detentione, seu spoliatione, Bonorum, Villarum, Jurium, Jurisdictionum Ecclesiæ nostræ Lubucensis, in ipsius Regis Poloniæ Dominio & Regno constitutis, & in Romana Curia diutius ventilata, quamvis pro prædicto Prædecessore nostro, & Capitulo ipsius, ac contra Dominum Regem pridem lata fuit sententia definitiva, per Reverendissimum Patrem Dominum NICOLAUM olim Episcopum Tusculanum Cardinalem, cui eadem causa cum per Sanctissimum Patrem Dominum INNOCENTIUM Papam VI, tum per Dominum URBANUM Papam V, immediatum Successorem suum, fuerat delegata; tamen quia appellatione interposita, pro parte dicti Domini Regis, ad sedem Apostolicam ab eadem ipsa sententia multipliciter videbatur impugnari; Nos una cum Capitulo nostro volentes nobis & Ecclesiæ nostræ consultius providere, mediantibus Reverendis Patribus Dominis JAROSLAO Archiepiscopo Gnesnensi, nec non FLO-


RIANO Cracovienſi, & JOANNE Poſnanienſi Epiſcopis, per concordiam in *Kaliſz* quarta feria infra Octavas Epiphaniæ Domini, ſub anno Nativitatis Eiusdem milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octavo. Præſentibus & conſentientibus Dominis JACOBO ENGILGORI, PETRO *de Loslavia*, JOANNE CONOPLATH, NICOLAO *de Borth*, & NICOLAO BARAN, Canonicis Eccleſiæ, & Procuratoribus Capituli Lubucenſis factam, & ſub ſigillis Regalibus Sereniſſimorum Principum Dominorum Regum Hungariæ, & Poloniæ, nec non noſtris, & Capituli noſtri Lubucenſis prædicti roboratam omnem materiam quæſtionis, duximus ſopiendam; verum, quia per oblivionem in dicta concordia de infraſcriptis articulis mentio aliqualis non habetur, pro qua timetur dicto Domino noſtro Regi Poloniæ, vel ipſius Regnicolis in futurum, de quo toto corde doleremus poſſe præiudicium generari, promittimus tenore præſentium, & ſpondemus dictum Dominum Regem, ac ipſius terras, & homines cuiuscunque conditionis exiſtant, ullatenus vigore dictæ ſententiæ, ullo unquam tempore impetere, moleſtare, vel quomodolibet impedire, imo præfatæ ſententiæ renuntiavimus, & renuntiamus expreſſe per præſentes. Item recognoſcimus dictum Regem Poloniæ noſtrum, & Eccleſiæ noſtræ verum Dominum, & Patronum, & ideo percepta omnia, & ſingula, ac expenſas, ad quas dictus Dominus Rex nobis & Capitulo noſtro prædicto per dictam ſententiam fuerat condemnatus, ponimus in gratiam eiusdem Domini Regis, ſperantes indubie ipſum virtute Nobilitatis ſuæ, etiam non coactum, nos & Eccleſiam noſtram Magnificentia Regia conſolari, qui etiamſi nihil faceret, quod non credimus, pro eisdem, ipſa tamen percepta, & expenſas ab eodem Domino Rege petere nolumus in vita vel morte, nec notamus eundem propter hoc, vel ſuos homines ſive terras, incidiſſe in aliquas Suſpenſionis, Excommunicationis, vel Interdicti finaliter latas, ab homine latas, canone vel ſtatuto; & ſi forte notari poſſent incidiſſe quoquo modo, conſentimus ipſos homines, & terras ſuas ab

eisdem

eisdem abſolvi, etiam ad cautelam, per quemlibet ſuperiorem idoneum, & Interdictum huiusmodi relaxari. In quorum omnium evidentiam pleniorem præſentes literas in forma publica inſcribi, & per Notarium publicum infraſcriptum ſcribi fecimus, & noſtri Sigilli appenſione muniri. Actum, & Datum Cracoviæ in Domo habitationis Reverendi in Chriſto Patris Domini JAROSLAI Divina providentia Sanctæ Gneſnenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Die 25 menſis Junii, hora veſperarum, vel quaſi, anno Domini 1369. Indictione ſeptima. Præſentibus Reverendis Patribus, & Dominis præfato Domino JAROSLAO Archiepiſcopo Gneſnenſi, DOBROGOSTIO Decretorum Doctore Præpoſito, ARNALDO *de Taucina* Scholaſtico Cracovienſi, BELCZONE Scholaſtico Gneznenſi, CLEMENTE Archidiacono Caliſienſi Gneznenſis Diœceſis, JOANNE *de Leſſis* Præpoſito Lubucenſi, STANISLAO *de Skrzyny* Canonico Cracovienſi, & aliis pluribus fide dignis teſtibus ad præmiſſa.



Et ego NICOLAUS quondam MICHAELIS *de Radkowiecz* Clericus Vratislavienſis Diœceſis, publicus authoritate Imperiali Notarius, præmiſſæ concordiæ reſtaurationi, ſive renuntiationi, recognitioni, conſenſui, & aliis omnibus, & ſingulis ſuperius expreſſatis, dum ſic agerentur & fierent, una cum prænominatis teſtibus, & Notario Publico infra ſcripto præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi, & audivi, rogatus ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, me ſubſcribens cum Sigillo dicti Domini Epiſcopi Lubucenſis, ſigno & manu, quibus utor, in fidem & teſtimonium præmiſſorum.



Et ego AMBOLDUS JOANNIS *de Campino* Clericus Gneſnenſis Diœceſis, Publicus authoritate Apoſtolica, & Imperiali Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis una cum prænominatis teſtibus & Notario publico ſupra ſcripto præſens interfui, & requiſitus hic me ſubſcripſi, præſens inſtrumentum publicum conſignando meo ſigno, & nomine conſueto in teſtimonium præmiſſorum, & præfatus Dominus PETRUS Epiſcopus Lubucenſis præſentibus decrevit, & mandavit ſigillum ipſius appendendum.

LIMITES

Inter Poloniam, & Pomeraniam.

Deſignatio Finium per Nuntios Regis Poloniæ facta inter Poloniam, et Pomeraniam. Ex Arch. Regni. Liber Leg. Lit. M. f. 172. Anno 1549.

Tranſitus ſeu ductio finium, inter Regni Poloniæ fines, ab felici Ducatu Pomeraniæ, iuxta exiſtimationem Dominorum Commiſſariorum Sereniſſimi Principis, & Domini Domini SIGISMUNDI AUGUSTI Dei gratia Regis Poloniæ &c. Facta feria tertia poſt Dominicam *Cantate*, Anno Domini MDXLIX. Incipit a flumine, quod fluit in Campo retro *Poplaw* minus, quod appellatur flumen vulgariter Polonice *Blyſa Striga*, quod flumen minus *Poplow* adhærere Regno Poloniæ ſignificat. Hoc ipſum flumen incidit in fluvium *Damice* dictum, poſtea limites ipſi per *Damice* usque per ſtagna

ſtagna *Coprinenski*, atque per medium ſtagni magni *Damen* dicti progrediuntur, cuius ſtagni medietas pertinet ad Regnum. Item a ſummitate ipſius ſtagni magni *Damen*, per fluvium ſive torrentem dictum *Kulebarsflett*, usque ad altos tres lapides. Deinde ab illis lapidibus, qui lapides deponuntur per ſenes Regni Poloniæ, nuper duo proſtati ad terram fere, & tertius lapis hactenus non eſt evulſus, & ſtat erectus: hoc per paucos annos factum fieri narrant. Poſtea ab illis lapidibus palude, quod Polonice dicitur *Tuceſze błota*. Item ab hoc loco per mericam *Kolonwa* dictam, quæ adeo vere debet inclyto Regno Poloniæ. Item per montem *Virginis*, qui locus etiam ad Regni Poloniæ fines pertinere debeat, ab hoc loco directo tramite ad ſtagnum dictum *Tuche*, quod ſtagnum ad dextram partem, hoc eſt, ad fines Regni Poloniæ pertinere, per Polonos dignoſcitur; ab inde tramite recto, per declivia, usque ad montes. Deinde usque ad finem paludis Polonice *Waterbrok* dicti, ab inde traducuntur fines inter Inclytum Regnum, & felicem Ducatum Pomeraniæ per paludem dictum *Welthetraw* protenſive, usque ad paludem *Krunmelin*, quod ſtagnum inter limites ponetur. Deinde directo tramite per borram, usque ad ſtagnum parvum, quod dicitur *Pritſtem*, ab hoc loco usque ad ſtagnum dictum *Bnode*. Cuius ſtagni tres tracturæ poloniæ Regno pertinere debent; ad quod ſtagnum trahitur flumen *Zakow* dictum, a quo flumine per littus dicti lacus, tranſeunt fines ad littus magni ſtagni *Pyleborch* dicti, cuius ſtagni tractare ſagenas tres ad Regnum pertinere debet. Exinde per fluvium ex iſto ſtagno fluentem, qui iam *Pylone* dicitur, usque ad ſtagnum *Dolgenſe*, usque ad ſummitatem dicti ſtagni per fluvium *Pilane*, usque ad vadum ipſius fluminis, ad quod devenit via magna & notabilis, dicta hoc nomine *Via Marchionalis*. Demum ipſa via usque ad pertorrentem *Plitznicze*, ad ſylvam, quæ appellatur *Gurgir*, ab hac ſylva usque per flumen, quod dicitur nigrum flumen, quo flumine fines terminari, in fluvium *Ligda*, alias *Kuddowe* apud *Landeg* Ducatum Pruſſiæ. Et ex oppoſito per alterum fluvium

vium dictum *Dabernithс* terminantur fines *Kraienke* a partibus vel finibus Prussiæ.

LIMITES
Inter Poloniam & Silesiam.

Actum in Castro Posnaniensi Sabbatho in Vigilia Festi Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Mariæ Virginis, Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo sexto.

Oblatum est Officio præsenti Castrensi Posnaniensi ad Acticandum, & Actis præsentibus perpetuo relinquendum Decretum granicierum, per Illustrissimos, tam Sacræ Regiæ Maiestatis Poloniæ, quam & Sacræ Cæsareæ Regiæque Maiestatis Commissarios, inter Regnum Poloniæ ab una, & Ducatum Silesiæ ab altera parte, & Dominia, *Raviciense* in Regno, ac *Hernstadiense*, ac *Stramburgense* in Ducatu Silesiæ expeditur, manibus eorundem Illustrissimorum Commissariorum propriis subscriptum, & Sigillis Gentilitiis in rubro expressis communitum, sanum, salvum, & illæsum tenoris eiusmodi. Quemadmodum Sacra Cæsarea Regiaque Maiestas, velut supremus Dux Silesiæ, Augustissimus & Invictissimus CAROLUS Sextus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, Rex Germaniæ, Hispaniæ, nec non Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ &c. Et Sacra Regia Maiestas Serenissimus AUGUSTUS Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podoliæ,

Podlachiæ, Severiæ, Czerniechoviæque, nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, Princeps Elector, Domini Noſtri Clementiſſimi. Nos hoc nomine Commiſſarios OTTONEM VENCESLAUM Sacri Romani Imperii Comitem a NOSTESZ, Hæreditarium Dominum in *Lobvis*, *Proven*, & *Metrzdorff*, Sacræ Cæſareæ, Regiæque Maieſtatis intimum & actualem Conſiliarium, Camerarium, nec non Capitaneum Ducatus Vratislavienſis, ERNESTUM JULIUM Sacri Romani Imperii Comitem *de Gellhorn*, Liberum Baronem de *Peters Valdau*, Hæreditarium Dominum in *Blansko*, ſuæ Sacræ Cæſareæ, Regiæque Catholicæ Maieſtatis Camerarium, & Supremi Gubernii utriusque Ducatus Sileſiæ Conſiliarium, & JOANNEM CHRISTOPHORUM, Baronem *de Schweinitz*, Hæreditarium Dominum *Thſcheplau*, *Wilkau*, *Witſtchitz*, *Milcke* & *Benckendorff*, Ducatus Glogovienſis Judicii Terreſtris Aſſeſſorem, & Nos JOANNEM a *Radomicko* RADOMICKI Palatinum Junivladislavienſem, Maioris Poloniæ Generalem, Mederecenſem, Oſſiecenſem Capitaneum, FRANCISCUM a *Bnin* RADZEWSKI, Succamerarium Poſnanienſem & MATHIAM *de Iwanowice* KOZMINSKI Pocillatorem Poſnanienſem ad limites Ducatus Sileſiæ, & Regni Poloniæ in fundamento Compactatorum, de anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, die vigeſima quarta Aprilis, inter Auguſtiſſimum Imperatorem LEOPOLDUM, & Sereniſſimum Regem JOANNEM Tertium, nunc ab utrinque glorioſiſſimæ memoriæ approbatorum, & in huncce finem ablegarunt, ut non tantum controverſias horum limitum, ante & poſt prædicta Compactata, inter Incolas Regni, & Ducatus exortas, atque violentias inter eos perpetratas disiudicemus, ſed & vetuſtate aut iniuria temporis obſcuratos limites renovemus, videlicet in Diſtrictibus Sileſiæ, Palatinatibus Poſnanienſi & Caliſſienſi adiacentibus, ut hic fomes controverſiarum, & violentiarum inter hoſce Incolas & ſubditos eradicetur: Nosque & mutua noſtra declaratione ad diem & locum invicem Nobis aſſignatum condeſcendimus, ibidemque Iuramentum a No-

 ſtris

ſtris Clementiſſimis Dominis iuxta Compactata præſcriptum ſuper recte iudicando explevimus, & Iurisdictionem noſtram fundavimus, Partesque per literas Innoteſcentiales citatas audivimus, & intelleximus, quod inter villam *Czehen*, ad Dominium Cæſareo & Regio Camerale Hernſtadienſe pertinentem, in Ducatu Sileſiæ, & villam *Laſzczyna* in Regno Poloniæ nulla, ratione granicierum & limitum intervenit quæſtio, & fundus in poſſeſſione utrarum partium abſque omni controverſia exiſtat. Signa limitanea vero vetuſtate obſcurata ſunt. Proinde Nos in loco Campeſtri ſub villis *Tribuſth*, Illuſtri Baroni *de Rotmau* pertinente, & dicta villa *Czedhen* in Ducatu, & *Laſzczyna* in Regno exiſtentes ſcopulum angularem harum villarum, ab earum Poſſeſſore & Adminiſtratoribus indicatum, nobis & partibus præſentibus renovari, & ſignis metalliis impoſitis communiri fecimus. Qui ſcopulus angularis itaque Regnum Poloniæ ab una, & Ducatum Sileſiæ parte ex altera, & villas prædictas *Laſzczyna* in Regno, *Czehen*, atque *Tribuſth* in Ducatu diſtinguit, & incipit granicies inter eandem villam *Czehen*, & villam *Laſzczyna*. Et quoniam abhinc iuxta indicatos ſcopulos, & arbores limitales procedendo, usque ad ſcopulum, unde deſinit fundus villæ *Laſzczyna*, & incipit villæ *Schierakowo*, Illuſtriſſimo Comiti Sapieha Capitaneo Bobrwycenſi pertinentis pervenimus, & hunccеScopluum partes itidem agnoverunt, nobisque porro præfatus Illuſtriſſimus Comes Sapieha, & Adminiſtrator Bonorum Hernſtadienſium *de Reinthal* limites continuantes inter *Schierakowo*, & Hernſtadienſes villas usque ad palum in fundo nuncupato *Maſſel* exiſtentem, oſtendit. Itaque huncce ſcopulum pariter in præſentia noſtra renovari fecimus, directionem renovationis inter mediorum ſcopulorum vero, ac augmentationis eorum, nec non infixionis palorum in locis paludinoſis, & dimenſurationis diſtantiæ: videlicet unius eiusmodi ſigni limitalis ab altero, noſtris Actuariis ſive Secretariis, juratis adhunc actum a nobis expreſſe deputatis commiſſimus. Quæ commiſſa expedita ſunt, ut ſequitur; & quidem dimenſuratio facta a pede unius ſcopuli ad pedem alterius.

Numerus

Numerus Scopulorum.		*Virgæ Geometricæ 7 ulnarum & ½ Vratislaviensium.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
Numero 1mo usque 2dum.	Sunt - - - - - -	6	2
2- 3	- - - - - - -	11	6
3- 4	- - - - - - -	14	*med.*
4- 5	- - - - - - -	14	5
5- 6	- - - - - - -	14	3.*et med.*
6- 7	- - - - - - -	18	*med.*
7- 8	- - - - - - -	6	1.*et med.*
8- 9	- - - - - - -	9	---
9-10	- - - - - - -	16	1.*et med.*
10-11	- - - - - - -	13	*med.*
11-12	- - - - - - -	9	---
12-13	- - - - - - -	9	---
13-14	- - - - - - -	13	5
14-15	- - - - - - -	9	7
15-16	- - - - - - -	4	7
16-17	- - - - - - -	12	5
17-18	- - - - - - -	11	1
18-19	- - - - - - -	12	2
19-20	- - - - - - -	15	3
20-21	- - - - - - -	14	7
21-22	- - - - - - -	15	---
22-23	- - - - - - -	14	4
23-24	- - - - - - -	12	6-*et med.*

Numerus Scopulorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
24-25	Sunt - - - - - - - -	8	7
25-26	- - - - - - - -	13	---
	NB. Hic Vigeſimus ſextus ſcopulus eſt ultimus in Territorio Cæſareo Regii Cameralis Pagi *Czeben*, & abhinc incipit Territorium itidem Cameralis pagi *Urinſaul*, in quo quidam Nobilis prædium, cum appertinentibus nonnullis agris & ſylvis poſſidet. Reſiduæ vero ſylvæ & agri una cum reſiduis huius pagi incolis ſpectant ad Cæſareo Regiam Hernſtadienſem Cameralem Præfecturam, hic pagus quoque conterminus eſt Polonico Dominio *Laſzczyna*, iſthic etiam continuat via, quæ ex Poloniæ Regno *Bojanovia* penes *Rakuſſka*, per locum *Maſſel* nominatum, *Schierakovam*, vel *Rewitruni* tendit.		
26-27	- - - - - - - -	11	3
27-28	- - - - - - - -	16	6
28-29	- - - - - - - -	17	---
29-30	- - - - - - - -	4	3. *et med.*
30-31	- - - - - - - -	4	*med.*

Numerus Scopulorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.* med.
31-32	Sunt - - - - - - -	14	
32-33	- - - - - -	11	5
33-34	- - - - - - - - -	11	2
34-35	- - - - - - -	8	6
35-36	- - - - - - - -	14	4
36-37	- - - - - - -	15	4
37-38	- - - - - - - -	16	7
38-39	- - - - - - - -	10	7
39-40	- - - - - - -	10	5.*et med.*
40-41	- - - - - - - -	9	2.*et med.*
41-42	- - - - - - -	12	7
42-43	- - - - - - - -	14	3
43-44	- - - - - -	13	3
44-45	- - - - - - - -	12	4

NB. Apud hunc 45 Scopulum finitur ſylva ad prædium ante nominati Nobilis pertinens, & incipit ſylva Ruſticorum & ſubditorum Cæſareo Regiæ Hernſtadienſis Cameralis Præfecturæ, quæ ſylva itidem conterminata eſt Polonico Dominio *Laſzczyna*, & inter hanc ſylvam, & inter hocce Polonicum Dominium *Laſzczyna*, adhuc dum con-

Numerus Scopulorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
	tinuat via penes *Rakuffka Bojanowa* veniens, vel *Schierakovam*, vel *Rubichum*, tendens.		
45-46	Sunt - - - - - - -	16	5
46-47	- - - - - -	8	*med.*
47-48	- - - - - - - -	14	5
48-49	- - - - - -	10	4
49-50	- - - - - - - -	11	1.*et med.*
50-51	- - - - - - -	11	4
	NB. Apud hunc 51 Scopulum finiuntur limites ſylvæ pertinentis ad Ruſticos & ſubditos Cæſareo Cameralis pagi *Urinſaul*, & incipiunt limites itidem Cæſareo Cameralis pagi *Sandeborſkie*, qui pagus pariter conterminus eſt Polonico Dominio *Laſzczyna*, pariterque iſthic via penes *Rakuffka Bojanowa* veniens, & *Schierakovam*, vel *Ravitium*, per *Maſſel* tendens continuat.		
51-52	- - - - - - -	12	5
52-53	- - - - - - - -	13	2.*et med.*
53-54	- - - - - - -	13	6
54-55	- - - - - - - -	11	6
55-56	- - - - - - -	11	4.*et med.*
56-57	- - - - - - -	12	2
57-58	- - - - - - -	11	3

Numerus

Numerus Scopulorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
58-59	Sunt - - - - - -	12	---
59-60	- - - - - -	11	2
60-61	- - - - - - -	12	2.*et med.*
61-62	- - - - - -	9	2.*et med.*
62-63	- - - - - - -	10	2.*et med.*
63-64	- - - - - -	6	6.*et med.*
64-65	- - - - - - -	12	3
65-66	- - - - - -	8	*med.*
66-67	- - - - - - -	8	6.*et med.*
67-68	- - - - - -	9	---
68-69	- - - - - - -	9	3.*et med.*
69-70	- - - - - -	9	4.*et med.*
70-71	- - - - - - -	13	3.*et med.*
71-72	- - - - - -	11	---
72-73	- - - - - - -	10	2
73-74	- - - - - -	5	6
74-75	- - - - - - -	12	1
75-76	- - - - - -	15	---

NB. Apud hunc 76 Scopulum finiuntur limites ſupranominati Cæſareo Generalis pagi *Sandebuski*, & incipiunt limites Cæſareo Cameralis pagi *Backen*, qui pagus etiam adhuc conterminus eſt

Numerus

Numerus Scopulorum.		*Virgæ Geometricæ.*	*Resiðuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricar.*
a usque *Numero.*	Polonico Dominio *Laſzczyna*, & inibi etiam via penes *Rakuſſka*, via *Bojanowa* veniens, & *Schierakowam*, vel *Ravitium* per *Maſſel* tendens adhuc continuat.		
76- 77	Sunt - - - - - -	7	5
77- 78	- - - - - - -	12	7
78- 79	- - - - - - -	11	2
79- 80	- - - - - - -	6	5
80- 81	- - - - - - -	13	7
81- 82	- - - - - - -	6	2
82- 83	- - - - - - -	6	2.*et med.*
83- 84	- - - - - - -	11	6
84- 85	- - - - - - -	11	*med.*
85- 86	- - - - - - -	12	---
86- 87	- - - - - - -	13	1
87- 88	- - - - - - -	6	2.*et med.*
88- 89	- - - - - - -	6	3
89- 90	- - - - - - -	8	3
90- 91	- - - - - - -	12	4.*et med.*
91- 92	- - - - - - -	7	2
92- 93	- - - - - - -	13	1
93- 94	- - - - - - -	13	1
94- 95	- - - - - - -	11	5
95- 96	- - - - - - -	11	5
96- 97	- - - - - - -	12	---
97- 98	- - - - - - -	11	7
98- 99	- - - - - - -	10	6
99-100	- - - - - - -	8	5

Numerus

Numerus Scopulorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
	NB. Apud hunc centesimum Scopulum defacto stat grandis limitanea quercus, apud quam finiuntur Laszczynenses limites, & incipiunt Sierakovienses, vel Ravicienses limites, e regione horum limitum in Cæsareo Territorio super colliculo sunt famosæ illæ tres mensæ sic dictæ, quod inibi olim Lignicenses, Bugenses & Volavienses Silesiæ Duces cibo se refecerint, cum illic loci venationi vacarent, abhinc iam sæpius nominata penes *Rakuffka Bojanowa* veniens, ad *Sierakowam*, seu *Ravitium* tendens via adhuc continuat.		
100-101	Sunt - - - - - -	8	4
101-102	- - - - - - -	6	6.*et med.*
102-103	- - - - - - -	8	1
103-104	- - - - - - -	5	3.*et med.*
104-105	- - - - - - -	8	2
105-106	- - - - - - -	8	3
106-107	- - - - - - -	10	---
107-108	- - - - - - -	9	2.*et med.*
108-109	- - - - - - -	11	---
109-110	- - - - - - -	8	1
110-111	- - - - - - -	10	---
111-112	- - - - - - -	7	3.*et med.*
112-113	- - - - - - -	8	2.*et med.*
113-114	- - - - - - -	8	1.*et med.*
114-115	- - - - - - -	10	5.*et med.*
115-116	- - - - - - -	5	4.*et med.*
116-117	- - - - - - -	8	2
117-118	- - - - - - -	5	6

Numerus Scopulorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
118-119	Sunt - - - - - - -	5	1
119-120	- - - - - - - -	6	3.*et med.*
120-121	- - - - - - - -	6	---
121-122	- - - - - - - -	7	6.*et med.*
122-123	- - - - - - - -	7	3
123-124	- - - - - - - -	6	6.*et med.*
	NB. Apud hunc 124 Scopulum finiuntur limites Cæsareo Cameralis pagi *Bakcen*, & incipiunt limites Cæsareo Cameralis pagi *Woydnick*, ex parte Silesiæ, ex parte vero Regni Poloniæ continuant limites Dominii Sierakoviensis & Raviciensis per sic nominatum locum *Massel*.		
124-125	- - - - - - - -	4	5.*et med.*
125-126	- - - - - - - -	7	1
126-127	- - - - - - - -	6	4.*et med.*
127-128	- - - - - - - -	8	6.*et med.*
128-129	- - - - - - - -	5	6
129-130	- - - - - - - -	11	4
130-131	- - - - - - - -	6	---
131-132	- - - - - - - -	8	2
132-133	- - - - - - - -	9	1

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
133-134	Sunt - - - - - - - -	6	1
134-135	- - - - - - -	6	7
135-136	- - - - - - - - -	9	4
136-137	- - - - - - -	8	4
137-138	- - - - - - - -	6	5.*et med.*
138-139	- - - - - - -	6	3.*et med.*
139-140	- - - - - - - -	10	2
140-141	- - - - - - -	7	---
141-142	- - - - - - - -	14	1
142-143	- - - - - - -	10	5
143-144	- - - - - - - -	13	4.*et med.*
	NB. Apud hunc Centesimum quadragesimum quartum Scopulum, ex parte Cæsarea incipit, sic nominatus locus *Wilkolmer*, *Graupffrauch*, & hoc nomen retinet, seu servat usque ad locum *Massel* dictum.		
144-145	- - - - - - - -	13	2
145-146	- - - - - - - -	13	1
146-147	- - - - - - - -	12	7
147-148	- - - - - - - -	6	*med.*
148-149	- - - - - - - -	4	5

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
149-150	Palus - - - - - -	13	---
150-151	- - - - - - -	13	6.*et med.*
151-152	- - - - - - - - -	13	4
152-153	- - - - - - - -	7	6
153-154	- - - - - - -	5	*med.*
154-155	- - - - - - - -	6	3.*et med.*
155-156	- - - - - - -	5	3
156-157	- - - - - - - -	10	6
157-158	- - - - - - -	7	3
158-159	- - - - - - - -	12	1
	NB. Apud hunc Scopulum 159. tam ex parte Silesiæ, quam ex parte Poloniæ incipit locus ab immemorabili tempore *in das Massel* nominatus.		
159-160	- - - - - - -	6	5
160-161	- - - - - - - -	11	5
161-162	- - - - - - -	13	3
162-163	- - - - - - - -	12	4
163-164	- - - - - - -	11	*med.*
164-165	- - - - - - - -	7	3
165-166	- - - - - - -	11	1.*et med.*
166-167	- - - - - - - -	12	4.*et med.*

Numerus

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricar.*
167-168	Palus - - - - -	13	4
168-169	- - - - - - -	9	---
169-170	- - - - - -	17	5
170-171	- - - - - - -	5	6.*et med.*
	NB. Transeundo viam in villam *Massel* tradentem.		
171-172	- - - - - -	8	6.*et med.*
172-173	- - - - - - -	3	3
173-174	- - - - - -	3	2.*et med.*
174-175	- - - - - - -	9	3
175-176	- - - - - -	5	2.*et med.*
176-177	- - - - - - -	5	6
177-178	- - - - - -	9	3.*et med.*
178-179	- - - - - - -	9	3.*et med.*
179-180	- - - - - -	9	3
180-181	- - - - - - -	9	3
181-182	- - - - - -	10	4
182-183	- - - - - - - -	9	3.*et med.*
183-184	- - - - - - -	9	5
184-185	- - - - - - -	9	3
185-186	- - - - - - -	9	3
186-187	- - - - - - -	9	4
187-188	- - - - - -	9	4

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
188-189	Palus - - - - - - -	9	3.*et med.*
189-190	- - - - - - - -	9	4
190-191	- - - - - - - - - -	9	3.*et med.*
191-192	- - - - - - -	9	3.*et med.*
192-193	- - - - - - - -	9	4
193-194	- - - - - - - -	9	4.*et med.*
194-195	- - - - - - - - -	10	2.*et med.*
195-196	- - - - - - - -	8	5.*et med.*
196-197	- - - - - - - - - -	8	1
197-198	- - - - - - - -	10	5
198-199	- - - - - - - - - -	10	—
199-200	- - - - - - - - -	6	2
200-201	- - - - - - - - - -	13	—
201-202	- - - - - - - -	15	1
202-203	- - - - - - - - - -	11	6.*et med.*
203-204	- - - - - - -	8	5
204-205	- - - - - - - - - -	9	1
	NB. Inter hæc duo ſigna limitanea, vel terminalia ex parte Cæſarea finiuntur limites Cæſareo Cameralis pagi *Woydnick*, & incipiunt limites Cæſareo Cameralis pagi *Schwinaren.*		

Numerus

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
205-206	Palus - - - - - -	11	5
206-207	- - - - - -	10	2
207-208	- - - - - - - -	10	*med.*
208-209	- - - - - -	10	---
209-210	- - - - - - - -	11	4
210-211	- - - - - -	8	6
211-212	- - - - - - - -	9	2
212-213	- - - - - -	6	6 *et med.*
213-214	- - - - - - - -	8	2
214-215	- - - - - -	10	2. *et med.*
215-216	- - - - - - - -	11	3. *et med.*
216-217	- - - - - -	11	2. *et med.*
217-218	- - - - - - - -	12	*med.*
218-219	- - - - - -	11	1
219-220	- - - - - - - -	7	---
220-221	- - - - - -	9	6
221-222	- - - - - - - -	6	*med.*
222-223	- - - - - -	11	4
	NB. Inter 223 Scopulum & 224 Palum est ex Poloniæ villis, vel prædiis transitus, per sic nominatum montem *Sauberg*, ad Cæsareo Regios Camerales pagos *Heyduken* & *Schwinaren*.		

Numerus

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
223-224	Palus - - - - - -	9	3
224-225	- - - - - - - -	8	1
237-238	- - - - - - -	8	3
238-239	- - - - - - - -	8	7
239-240	- - - - - - -	8	*med.*
240-241	- - - - - - - -	9	---
241-242	- - - - - - -	8	1
242-243	- - - - - - - -	8	6
243-244	- - - - - - -	7	7
244-245	- - - - - - - -	9	---
245-246	- - - - - - -	8	*med.*
246-247	- - - - - - - -	8	3.*et med.*
247-248	- - - - - - -	6	6
248-249	- - - - - - - -	5	2
249-250	- - - - - - -	8	3
250-251	- - - - - - - -	10	---
251-252	- - - - - - -	9	6 *et med.*
252-253	- - - - - - -	8	7
253-254	- - - - - - -	10	---
254-255	- - - - - - -	7	6 *et med.*

Numerus Scopulorum & Palorum. a usque *Numero*		*Virgæ Geometricæ.*	*Residuæ ulnæ excedentes longitudinem Virgarum Geometricarum.*
255-256	Palus - - - - - -	9	4. *et med.*
256-257	- - - - - -	9	5. *et med.*
257-258	- - - - - - - -	5	2. *et med.*
	NB. Hic 258 Triangularis Palus eſt ultimum Cæſareo Regii Hernſtadienſis Territorii Cameralis terminale ſignum, apud quod Cæſareo Regii Hernſtadienſis Cameralis Territorii cum Regno Poloniæ diſlimitatio terminatur; ſiquidem ab hoc Triangulari Palo ſuum initium ſumit Territorium Dynaſtiæ Trahensbergenſis, & ſic, uti præfertur, ſcopuli, ſeu limitantes cumuli erecti ſunt centum octuaginta octo, & quercini inuſta Cæſarea aquila ſignati, pali ſeptuaginta infixi univerſim, denique ducenta quinquaginta octo vera, & legitima ſigna terminalia.		

Conti-

Continuantes vero negotium limitaneum, & ad Causam controversam inter prædictum Illustrissimum Comitem SAPIEHA, Possessorem villarum *Sierakowa*, *Rawicz*, *Schimanowa*, & *Polono Dęmbno* parte una, & Excellentissimum Comitem ab HARTZFELD Dynastam Trachembergensem, Hæreditarium Dominum villarum *Laskowo*, *Korzenko*, & *Theudo Dęmbno* parte altera descendentes, ibidemque expeditis ab his partibus ductibus, earum desuper probationes, & reprobationes, ac conclusiones submittivas exaudientes. Siquidem de situatione locorum juxta Instrumentum, seu recessuale anno millesimo quingentesimo trigesimo primo, Feria quinta, die S. Matthæi Apostoli, & Evangelistæ confectum, a partibus litigantibus productum, sufficienter informari non potuimus. Proinde ex Inquisitione testium fide dignorum investigationem resolvimus. Quoniam vero hoc in termino Illustrissimus Comes SAPIEHA, semotis quibusvis beneficiis, Iuris comprobationem juratoriam Excellentissimo Comiti de HARTZFELD, super realitatem Ductus sui cum sex testibus sponte detulit, & Comes de HARTZFELD ad hanc comprobationem juratoriam libere consensit.

Nos itaque Commissarii auditis, & perlectis hisce, quæ in Iudicium nostrum, ut præfertur, deducta sunt, hocce Iuramentum, uti in re dubia, iustum censuimus, & Comitem de HARTZFELD, ad præfatam comprobationem juratoriam admissibilem esse decrevimus, atque hacce comprobatione præstita, ad erectionem Scopulorum, & infixionem Palorum, juxta ductum Comitis de HARTZFELD, procedendum fore sententiavimus.

Et quoniam per Secretarium nostrum Polonicum facta insinuatione peremptoria huius Decreti, atque ad audiendam hancce comprobationem Comite de SAPIEHA, nec per se, nec per Mandatarium comparente, præfatus Comes de HARTZFELD, cum sex testibus delatum Iuramentum in sequentem ab ipsomet Comite SAPIEHA porrectam Rotam deposuit.

Ego

Ego N. N. Iuro Deo Omnipotenti, quod juxta Inſtrumentum anni milleſimi quingenteſimi trigeſimi primi, & ſecundum illud ductum meum per vera ſigna in arboribus exſecata, incipiendo a palo, a quo realiter duxi, & ſpecificata loca, quæ in Inſtrumento iſtius anni reperiuntur, non aliter nominare ſcio, quam prout monſtraverim in his locis eſſe nominata, utpote *Krzyck Zaiazdy*, *Mokra*, *Struga*, Scopulum determinantem tres Hæreditates effective demonſtraverim, & fluvium *Orla* ibi eſſe nominatum, ubi præſentavi, & hæc, quæ Iuramento exprimo, ſecundum obloquentiam ſcripti, non appetendo quidpiam, in avulſionem fundorum Regni Poloniæ, quam & Vicini mei, invoco, ut Deus me adiuvet, & Chriſti Domini Paſſio.

Teſtes vero in ſequentem.

Ego N. N. Iuro Deo Omnipotenti, quod ductus Illuſtriſſimi Comitis de HARTZFELD remonſtratus verus, & realis eſt, tam per ſigna in arboribus exſecata, incipiendo a Scopulo, a quo, quam per nominata loca in iis, non aliis locis, in quibus demonſtratum eſt, eſſe vere, & realiter illa, utpote locus *Krzyck*, *Zaiazdy*, *Mokra*, *Struga*, & ſcopulum prope *Orlam* iacentem, tum etiam in eo loco *Orlam* eſſe, ubi demonſtratum eſt Illuſtriſſimis Commiſſariis, & quod hocce Teſtimonium præſto nullo corruptionis favore, ac gratiæ particularis intereſſe, ſed quod per veram notitiam hæc omnia in Inſtrumento expreſſa habeo, & pro certo ſuo, hoc nunc dico, ſic me Deus adiuvet, & Chriſti Domini Noſtri Paſſio.

Adeoque ad executionem Decreti noſtri proceſſimus, & erectionem Scopulorum, ac infixionem Palorum, utpote ſignorum limitaneorum inter Regnum, ac Ducatum, ac villas prædictas litigantium fieri fecimus ſequenti ordine. Nempe incipiendo a Palo triangulari, ad quem Territorium Cæſareo Regiæ Præfecturæ Bonorum Cameralium Hernſtadienſes, & ſylva ad urbem *Hernſtadt* pertinens cum Poloniæ Regno, & ſæpedicta villa *Sierakowo* limitare deſinit.

Numerus Scopulorum & Palorum videlicet a Palo prædicto Triangulari in Fundo Maſſel usque ad		*Virgæ Geometricæ 10 Pedes continentes.*	*Pedes.*
Numer. 1	Palus - - - - - -	5	
a 1. *ad* 2	- - - - - - - - - -	5	—
2- 3	- - - - - - -	5	—
3- 4	- - - - - - - -	5	—
4- 5	- - - - - - -	5	—
5- 6	- - - - - - - -	5	—
6- 7	Scopulus ſine ſignis metalliis inter arbores alneas - - - -	7	6
7- 8	Palus - - - - - - -	7	4
8- 9	- - - - - - -	5	—
9-10	- - - - - - - -	5	—
10-11	- - - - - - -	5	—
11-12	- - - - - - - -	5	—
12-13	- - - - - - -	5	—
13-14	- - - - - - - -	4	—
14-15	- - - - - - -	5	—
15-16	- - - - - - - -	5	—
16-17	Scopulus, in quo truncus quercinus, & lapides campeſtres ſunt - -	5	—

Numerus

Numerus Scopulorum & Palorum.		*Virgæ Geometricæ*	*Pedes.*
17-18	Palus - - - - - -	5	---
18-19	- - - - - -	5	---
19-20	- - - - - - -	5	---
20-21	- - - - - -	5	---
21-22	- - - - - - -	5	---
22-23	- - - - - -	---	---
	Scopulus, cui lapides campeſtres in forma Crucis, vitra, carbones, lateres, & ferri ſcoria inſita, ac eius cuſpidi tres lapides impoſiti, & apud iſtum ſcopulum finitur ſic nominatus locus *Maſſel* penes viam ex *Sierakowa*, quæ per *Maſſel* tendit - - -	9	3
23-24	Palus penes viam ex *Sierakowa* -	29	3
24-25	Scopulus cum ſupra memoratis ſignis metalliis ad iſtam viam abhinc perviam, & agros ad dextram verſus prædium *Guskyanum* - - -		
25-26	Scopulus ad unum cornu huius prædii	17	4
26-27	Scopulus ad alterum cornu huius prædii	19	8
27-28	Scopulus apud viam ex *Sierakowa*	12	6
	NB. Iſti tres ſcopuli complectuntur prædium *Guskyanum.*		
28-29	Scopulus ad viam ex *Sierakowa* penes quercum limitalem - - -	39	8
29-30	Scopulus - - - - - -	36	2
	NB. Inter iſtos duos ſcopulos tendit via ex *Sierakowa.*		

Numerus Scopulorum & Palorum.		*Virgæ Geometricæ.*	*Pedes.*
30-31	Scopulus ad initium loci *Krzyck* -	18	8
31-32	Scopulus - - - - - - -	46	4
32-33	Palus - - - - - -	23	4
33-34	Scopulus apud viam cruciatam tendentem ex *Korzensko* Ravitium -	25	—
34-35	Scopulus - - - - -	25	2
35-36	Scopulus - - - - - -	46	—
36-37	Palus - - - - - -	30	—
37-38	Scopulus - - - - - -	23	—
38-39	Scopulus in fine loci *Krzyck*, & ſylva, ubi deſinit limes Laskovienſis cum *Sierakowa*, & initium capit villa *Korzensko* cum *Sierakowa* - - -	29	2
39-40	Scopulus in agro ſub Prædio ſic dicto, *Lauffins* - - - - - -	19	—
40-41	Scopulus - - - - -	18	8
41-42	Palus - - - - - - -	30	6
42-43	Scopulus ad inciſam quercum metalem	45	—
43-44	Scopulus - - - - - - -	19	6
44-45	Scopulus ubi tres extiterunt quercus limitales - - - - - -	21	8
	NB. Hic finitur Territorium Sierakovienſe cum *Korzenko*, & inchoatur limes villæ *Szymanowa*, itidem cum villa *Korzenko*.		
45-46	Scopulus in campum, verſus ſiniſtram	29	6

Numerus

Numerus Scopulorum & Palorum.		*Virgæ Geometricæ.*	*Pedes.*
46-47	Scopulus - - - - - -	29	6
47-48	Palus - - - - - - -	34	---
48-49	Scopulus in via, quæ Ravitium tendit	40	---
49-50	Palus - - - - - - -	27	4
50-51	Scopulus - - - - -	31	5
51-52	Scopulus - - - - - -	35	4
52-53	Palus - - - - - - -	40	2
53-54	Scopulus ad ſic dictum locum *Zaiazde*, apud Polono Dęmbnenſem viam, & hic deſinit limes villæ *Korzensko* cum villa *Szymanowa*, & incipit limes villæ *Theudo Dęmbno* cum *Szymanowa* -	27	2
54-55	Scopulus in pratis *Dęmbno* - -	9	2
55-56	Scopulus - - - - - -	30	6
56-57	Palus - - - - - -	30	6
57-58	Scopulus - - - - - -	24	1
58-59	Scopulus - - - - - -	29	8
59-60	Palus - - - - - - -	17	6
60-61	Scopulus in fine pratorum *Dęmbno*, & initio ſylvæ *Dęmbno* - -	16	2
61-62	Scopulus - - - - - -	18	2
62-63	Scopulus - - - - -	15	8
63-64	Scopulus penes antiquam viam -	16	6
64-65	Scopulus - - - - - -	18	---
65-66	Scopulus penes viam Sarnenſem & Monticulum - - - - -	15	6

Numerus

Numerus Scopulorum & Palorum.		*Virgæ Geometricæ.*	*Pedes.*
66-67	Scopulus	12	4
67-68	Scopulus	17	6
68-69	Scopulus	14	2
69-70	Scopulus	23	—
70-71	Scopulus ad initium *Mokra Struga*	13	—
71-72	Palus	15	—
72-73	Palus	14	—
73-74	Scopulus	17	4
74-75	Scopulus	20	—
75-76	Scopulus	21	2
76-77	Scopulus in quo truncus quercinus, & alia ſigna metallia	17	6
77-78	Palus	12	—
78-79	Scopulus in monticulo ad finem gurgitis *Mokra Struga*	11	6
79-80	Scopulus ad viam ex Sarne tendentem ad villam *Theudo Dębno*	11	8
80-81	Scopulus	20	2
81-82	Scopulus	22	4
82-83	Scopulus	9	—
83-84	Scopulus angularis, ubi deſinit limes villæ *Szymanowa*, cum villa *Theudo Dębno*, & incipit limes villæ *Awolno* cum memorata villa *Dębno*	10	—

Et ſic

Et ſic, uti præfertur, ſcopuli, ſeu limitantes cumuli erecti ſunt quinquaginta unus, & quercini pali inuſta Cæſarea aquila partim ſignati, partim vero anchora, quam Comes de HALTZFELDT in armis ſuis præſefert triginta tres infixi, incipitque poſtremo dicta villa, videlicet *Theudo Dęmbno*, cum villa *Stwolno*, in Regno limitare, quarum jam dictarum villarum limites disiudicandi reſtant, proinde ad eandem disiudicationem terminum talem, qualem modo perfigere debuimus, ad diem duodecimam menſis Maji, anni milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi ſeptimi limitamus, prorogamus, & differimus præſentibus, cum eo judicii Commiſſarialis Decreto, quatenus partes inter ſe agentes, videlicet Poſſeſſores villarum *Stwolno*, *Goleiewo*, *Goleiewko*, & *Pokosław* parte una, parte vero altera villarum *Theudo Dęmbno*, *Gaudke*, & *Zmigrod*, ac alii ſubſequentes a violentis invaſionibus fundorum ſeſe abſtineant, ſub pænis judicio Commiſſoriali arbitrariis; verum quivis illorum in poſſeſſione, & uſu maneat, in quo ante ductum ſuum exiſtebat, Decreto præſenti ad præmiſſa mediante.

Actum in Territorio inter villam *Gaudke* & *Łąkła*, die decima ſexta Novembris, anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto. OTTO VENCESLAUS Comes *Noſtycz* & *Reineck*, manu propria. Locus Sigilli rubri. ERNESTUS IULIUS Comes *de Gellhorn*, manu propria. Locus ſigilli rubri. IOANNES CHRISTOPHORUS LIBER BARO *de Schunitz*. Locus ſigilli rubri. IOANNES ANTONIUS *a Radomicko* RADOMICKI Palatinus Iunivladisłavienſis, Majoris Poloniæ Generalis, manu propria. Locus ſigilli gentilitii in rubro expreſſi. FRANCISCUS *a Brun* RADZEWSKI Succamenarius Palatinus Poſnanienſis, manu propria. MATHIAS *de Iwanowice* KOZMINSKI Pocillator Poſnanienſis. Originale vero eiusdem Decreti, hic circa Acta, perpetuitatis gratia, relictum eſt, illisque inſutum.

IOANNES CHRISOSTOMUS *z Bozy* RADOIEWSKI Vexill. Bidgoſt.
Iudex Surrogatus Caſtren. &
Vicecapitaneus Poſnanienſis.

(L.S.)

Ex Actis Caſtren.
Poſnanien. extrad.
Correxit FALĘCKI.
mppr.

Rationes ad Puncta Responsi Legati Cæsarei, Anno 1730. porrecta, exhibitæ, quibus probatur, quod Actus Dislimitationis inter Bona Rawicz Polonica, & Laskowo Silesitica, non possit subsistere. Ex Arch. Illustrissimi Comitis Dębowski Episcopi Cujaviensis.

Ad Imum.

Non potest excusari error in male inchoato actu, quia non erat potestatis Dominorum Commissariorum, ad suum beneplacitum incipere, ubi voluerunt; habuerunt enim in instrumento sibi dato præscriptam regulam, inchoare a fundo Domini ZAKŘEWSKI & ante omnia, iniurias eidem illatas, incarcerationem contra jura Regni, quæ neminem, nisi jure victum, captivare permittunt, investigare, & decidere, satisfactionemque injuriato Nobili procurare. Illi vero mente instrumenti frustrata, suo beneplacito rem inceperunt.

żawcy i wſzyſcy od nich dependuiący, ktorzy w pomienionych będą Horodkach, między ſobą ſię znieść, i dobrych ludźi na mieyſce zesłać, i kazać o ſzkodach i krzywdach informować ſię, á z ktorey ſtrony winowayca ſię znaydźie, temu świadka poſtawienie ma bydź nakazane, i winny ma bydź karany, ażeby tym ſpoſobem między pogranicznemi oſzukaniu i nieprawdźie zabieżeć, á przez to wiecznie trwać maiącego ograniczenia dźieła, ktore uczynili wielkiego Hoſpodara naſzego Cara i wielkiego Kniazia Michayła FEDOROWICZA, Boiarowie jego Carskiego Wieliczeńſtwa i wielcy Posłowie z Panami Radnemi i wielkiemi Posły, nie naruſzyć. Na ktorychkolwiek zaś mieyſcach ziemie i wſzelkie wſtępy my oboyga ſtron miedzowi Sędźiowie rozgraniczali, na tych mieyſcach na granicy kazaliśmy znaki położyć, i gdźiekolwiek tylko iaki znak miedzowy ieſt położony, wymieniony ieſt w tym opiſaniu. Z nami zaś miedzowemi Carskiego Wieliczeńſtwa Sędźiami byli na rozgraniczeniu Teropeckiego, Rzewskiego, Zubcowskiego, i Wiazemskiego uiezdow z Wieliżem, z włością Wielizką i Bielskim uiezdem ſtarzy ludźie Chrześcianie z Teropeckiego uiezdu: Jaroſzka Fedorow, Iwaſzko Maluſzkin, Senka Iwoilew, Iwaſzko Stoiaka, Sidorko Karpow, Iwaſzko Worozew, Fedka i Ortiuſzka Jakimowy, Ileyka Oſtachow, Właśko Fedorow, Jakowec Mikiforow, Fedka Petrikow, Sidorko Dorochow, Dawidko Maximow, Ofonasko Ofremow, Laſzko Dorofieiow, Szarapko Waſilew, Iwaſzko Chomtała. Z Rzewskiego uiezdu: Hawryłko Ihnatow, Ontoſzko Stepanow, Iwaſzko Ołuchow, Mikułko Panin, Mikitka Talitekoy, Lewko Awidnica, Tymoſzka Puſzniczenok, Hryſzka Smolkow, Kurbatko Iwanow, Fedka Sidorow, Jewśiuk Iwanow, Iwaſzko Ofonaſew, Hawryłko Iwanow. Z Zubcowskiego uiezdu: Pośniaczko Tiakin, Iliuſzka Jeſinskoy, Stepaſzko Semenow, Iwaſzko Mikitin. Z Wiaemskiego uiezdu: Iwaſzko Tymofiew, Hus, Iwaſzko Syerhiew Tołſtoy. A dla większego, mocnieyſzego i nienaruſzonego tych gra-

nicznych opiſow utwierdzenia, i dotrzymania bez wſzelkiego oſzukania i zdrady, My wielkiego Hoſpodara naſzego, Cara i wielkiego Kniazia Michayła Fedorowicza całey Ruſi Samodźierżcy, ja Carskiego Wieliczeńſtwa Stolnik i Namieſtnik Raski Kniaź Petro Fedorowicz Wołkoński, já Jego Carskiego Wieliczeńſtwa Dworzanin Ofonaſey Hryhoriewicz Zalubuzki, i ia Carskiego Wieliczeńſtwa Dźiak Mikifor Tałyżyn, z miedzowemi Sędziami Wielkiego Hoſpodara Władysława Krola Polskiego i W. Xiążęcia Litewskiego, z Krzyſztofem Eydźiatowiczem Piſarzem Grodzkim Smoleńskim, Janem Sawoſtianowiczem Milewskim Sekretarzem i Dworzaninem J. K. Mci, z Pawłem Fedorowiczem Boreyſzą Dworzaninem J K Mci, i Podſtarościm Bielskim, te graniczne opiſy rękami właſnemi podpiſali, i pieczęciami ztwierdzili, do ktorych opiſow podpiſali ſię także na mieyſcu ſtarych ludźi Carskiego Wieliczeńſtwa Chrześcian, Dworzanie Teropeccy, Rzewſcy, Zubczanie i Wiazemczanie. Piſano w Wiazemskim uiezdzie, w Puſtoſzy Offronoſowey nad rzeczką Zamoſzenką, naprzeciw Puſtoſzy Bredniney Bielskiego uiezdu. Roku od ſtworzenia Swiata ſiedm Tyſiącznego ſetnego czterdźieſtego czwartego, Mieſiąca Nowembra wtorego dnia, a według Rzymskiego Kalendarza Roku od narodzenia Chryſtuſa Pana i Zbawiciela naſzego Tyſiąc ſześćſet trzydzieſtego piątego, Mięſiąca Nowembra wtorego Dnia

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Do tego Rozgraniczenia, Carskiego Wieliczeńſtwa Miedzowy Sędźia Stolnik i Namieſtnik Razki, Petro Fedorowicz Wołkoński podpiſał ſię, i z nim podpiſali ſię także Miedzowy Sędźia i Dworzanin Ofonaſey Hryhoriewicz Zelabuski, i Dźiak Mikifor Tałyżyn.

Na

Na mieyſcu zaś ſtarych ludźi, z Teropeckiego uiezdu do tego Rozgraniczenia podpiſali ſię Dworzanie Carskiego Wieliczeńſtwa: Dworzanin Miron Koromolin, Dworzanin Semion Skworcow Teropczanin, Dworzanin Iwan Dedeniow i Dworzanin Petro Obaſzew, a na mieyſcu ſtarych ludźi Rzewskiego, Zubcowskiego, i Wiazemskiego uiezdow, Dworzanin Carskiego Wieliczeńſtwa Semen Lutkouskoy, Dworzanin Hryhory Diron, i Dworzanin Petro Taſznikow Zubczanin.

My tedy Krol do pomienioney Suppliki łaskawie ſię skłoniwſzy, zwyż wyrażone rozgraniczenie z Moskwą Wieliza, i Białey, z Xiąg przerzeczonych Metryki Kancellaryi náſzey W. X. L. Extraktem ſtronie potrzebuiącey wydać, y dla większey wagi Pieczęć W. X. L. przyciſnąć rozkazaliśmy. Dan w Kancellaryi naſzey W. X. L. &c.





LIMITES

Inter Regnum Poloniæ ac Magnum Ducatum Litvaniæ, nec non Prussiam.

Ex Archivo Regni.

ANno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto. Descriptio Finium, Injuriarum, & Differentiarum Subditorum Sacræ Majestatis Regiæ, Magni Ducatus Litvaniæ, & Masoviæ, occasione Finium utrinque exortarum, ex mandato, & speciali commissione Sacræ Majestatis Regiæ facta, & a prima die Augusti in sequentes dies continuata; videlicet: ex parte Regni, seu Ducatus Masoviæ per Venerabilem, & Generosos DAVIDEM PONIATOWSKI Custodem Gnesnensem, Canonicum Posnaniensem, & LAURENTIUM PRZYBOROWSKI, ex parte vero Ducatus Litvaniæ, per NICOLAUM ANDRASZOWICZ, Equisonem Ducatus Litvaniæ, & STANISLAUM KOMOROWSKI Sacræ Regiæ Maiestatis Junioris Notarium.

Inceptum est autem hoc ipsum negotium in eo loco, ubi conveniunt fines Ducatus Masoviæ, Magni Ducatus Litvaniæ, & Ducatus Prussiæ, apud fluvium *Lek*, ab oppido *Wansosze* tribus cum medio miliaribus distante, qui fluvius insigniter dividit ipsos Ducatus, & supra quem fluvium ab uno anno positus est scopulus angularis magnus, lapidibus refertus, cum columna lapidea, & murata, stemmate Ducatus Litvaniæ, altero vero Ducatus Prussiæ insignita, quæ duntaxat dividit Magnum Ducatum Litvaniæ cum Ducatu Prussiæ. Sunt vero illi tres villæ vicinæ, plane e regione ipsius columnæ sitæ; videlicet: *Bogusze* Ducatus Masoviæ, Ducatus vero Litvaniæ *Foczylowo*, ac *Prostki* Ducatus Prussiæ, unde vadit limes Masoviæ cum Prussia recte usq; ad lacum inclusive, ex quo exit fluvius *Wisza*.

Quia vero illic fluvio prædicto *Lek* distingvente, & in fluvium *Bebrza* ingrediente, sub oppido *Goniądz*, nulla prorsus differentia, aut querela inter subditos reperta existit:

Quare imprimis itum eſt a Nobili Domino JOANNE ZELINSKI Præfecto Caſtri *Goniądz*, Magnifici Domini STANISLAI ROWOYNE Palatini Płocenſis Hæreditarii, ducente, & oſtendente fines inter bona Ducatus Maſoviæ, & Litvaniæ, fluvio videlicet *Bebrza*, usq; ad eum locum, ubi fluvius ſive torrens *Trzcianka* incidit in ipſum fluvium *Bebrza*, quinq; miliarium via terreſtri eundo, per fluvium vero duodecim miliaribus, & nulla alia ſigna finium regundorum, aut Privilegium præter ipſum fluvium oſtendit.

Præterea Nobilis Dominus STANISLAUS JURKOWSKI, Vicecapitaneus Arcis & oppidi *Tykocin* continuando progreſsum dictorum finium inter Ducatus præfatos Litvaniæ, & Maſoviæ, incepit ductionem finium a prædicto fluvio *Bebrza* incipiendo, ubi præfatus torrens *Trzcianka* in ipſum fluvium *Bebrza* ingreditur, uſq; ad fluvium *Narew*, verſus oppidum *Tykocin* in contrarium fluvii aſcendendo per ſpatium quatuor miliarium, & ubi diſtrictus Viſnenſis cum Diſtrictu Zebrovienſi coeunt, & nulla alia ſigna metalia, aut privilegia oſtendit; verificando tamen intentionem & ductionem ſuam is ipſe Vicecapitaneus Tykocinenſis, ſtatuit catervam Nobilium fide dignorum, qui ſuapte perhibuerunt teſtimonium, & perhibebunt, ubi opus erit, prædictam ductionem veram & legitimam eſse.

Ex adverſo Generoſus Dominus BAGIENSKI JACOBUS Vexillifer, & Vicecapitaneus Viſnenſis perimendo prædictam oſtenſionem finium, utpote nullam & Privilegiis certorum Nobilium (tum exhibitorum & inferius inſcriptorum) contrariam, incepit oſtenſionem, & ductionem finium inter præfatos Ducatus, a fluvio *Bebrza* ſub oppido *Goniądz* fluente, usq; ad eum locum, ubi monticulus *Barwik*, ſive *Oſtrow* dictus, ex ea parte fluvii, ubi eſt Ducatus Litvaniæ, jacens, prædicto fluvio *Bebrza* eſt contiguus.

Ea autem eſt deſcriptio prædicti *Barwik*: intermediat inter fluvium *Bebrza*, & certas paludes *Bielawy* dictas, quibus a nobis peditibus adiri neutiquam potuit. Viſus tamen eſt a nobis, & luſtratus a quatuor viris illuc utrinque per paludem illam magno negotio miſ-

ſis.

ſis. Abundat lignis, & arboribus communibus, & habet mellificia communia ex parte Ducatus Litvaniæ, bonorum *Goniądz*, & *Tykocin*, ac ex parte Ducatus Maſoviæ, bonorum *Wizna*.

A quo quidem *Barvik* dictus Dominus BAGIENSKI, cum ſuis multis ſenibus etiam nobilibus continuavit oſtenſionem finium per ſilvam *Dobarcz* denſiſſimam (quam Capitaneus ex *Goniądz* proteſtabatur eſſe Domini ſui) loco paludinoſo etiam ſitam, duobus ferme ſtadiis a *Barvik* ſe protendentem, ſemita quadam ex lignis inſtaurata, uſq; in campum villæ *Dobarcze*, ubi via parva emicuit, qua iterum proceſſit uſq; ad viam publicam, quinq; aut ſex ſtadiis a *Barvik* diſtantem, ex *Goniądz* in villam *Trzciana* ducentem, recte ad molendinum villæ *Trzciana*, eidem viæ contiguum. Inde vero ducebat verſus oppidum *Lomza* eadem via per medium prædictæ villæ *Trzciana*, quam inter Ducatus præfatos rivulus quidam illic oriundus uſq; ad montem dividit, *Przełayna gora* dictum, in borra optima prope fines villæ *Cibarzewo* conſiſtentem. Poſtremo vero continuavit progreſſum finium is ipſe Vicecapitaneus Viſnenſis uſq; ad villam *Nieciecz* dictam, fluvio *Narew* continguam, ubi pons deſtructus eſt, & ubi Diſtrictus Viſnenſis eſse deſiit; pons autem prædictus deſtructus eſt per olim Dominum *Gaſtholt*, ideo, ut ædificaret molendinum, & viam publicam perderet, ne eſſet aliqua nota, aut cognitio finium, & limitum ex antiquo obſervatorum, & ut augeret ſibi quæſtum vectigalium in *Tykocin* maximo Reipublicæ præjudicio, & ſubditorum itinere longiori tranſeuntium gravamine.

Ne vero a quopiam ambigi poſſit, quanta ſit diſtantia & differentia loci utriusq; ductionis, viſum eſt Dominis Reviſoribus ſingula breviter deſcribere in eum, qui ſequitur, modum. Diſtantia in longitudinem eſt circiter quinque miliarium, in latitudine vero alicubi duorum, alicubi trium miliarium; habet in ſe prata optima, magno pretio æſtimata, quibus intermedia eſt ſilva optima, ſeptem aut octo ſtadijs in latitudinem pertranſibilis, tranſitus tamen ita eſt difficilis, ut ea felicitate præſentis æſtatis a nobis magno præjudicio equorum

transſiri potuit. Reſiduitas pratorum ipſorum adjacet ripæ & fluvio *Bebrza*.

Præterea in loco ipſo differentiarum conſiſtunt iſtæ villæ: medietas villæ *Trzciana*, *Wola Dobarska*, tres villæ Nobilium Schoczowie dictorum, villa *Zayki Bykowie* Tributarij ſalis.

Ad extremum præfatus Dominus Jacobus Bagienski verificando ex parte Ducatus Maſoviæ oſtenſionem præſentem ſuam dictorum finium eſſe veram, & legitimam, produxit coram Dominis Reviſoribus Reſcriptum quoddam examinationis teſtium certorum triginta Nobilium, ex libro Judiciorum Terreſtrium Diſtrictus Viſnenſis, Sigillo Terreſtri obſignatum, coram certis Commiſſariis Sacræ Maieſtatis Regiæ, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, feria tertia proxima poſt Feſtum Sanctæ Luciæ factam, a ductione, & oſtenſione ſua nec tantillo diſcrepantem, oſtendens præterea Regeſtra & Acta Judiciorum Mellicidarum Viſnenſium a triginta tribus annis, quibus exigebatur ad Caſtrurm *Wizna* datio mellis *Naſtana* dicta, ex ſilvis, quæ ſunt in illa parte fluvii *Bebrza* & *Narew*, ubi eſt differentia cum Dominis Litvaniæ.

Exhibuit præterea dictus Dominus Bagienski ex parte nobilium de *Bożejowo* Privilegium ſufficiens, olim Jlluſtris Domini Vladislai DEI Gratia Ducis Maſoviæ, de data in *Płocko*, feria quinta in Octava Corporis CHRISTI Anni Milleſimi quadringenteſimi trigeſimi ſexti, quo donavit inter cætera Nobili Nicolao de *Popielowo* decem jugera pratorum poſt fluvium *Bebrza* dictum, altius fluvii *Narew*.

Aliud vero Privilegium Jlluſtris olim D. Vladislai DEI Gratia Ducis Maſoviæ, de data etiam in *Płocko*, feria quarta poſt Feſtum Sanctæ Dorotheæ Anni Domini milleſimi quadringenteſimi triceſimi ſexti, quo Privilegio donavit perpetuo Nobilibus Stephano Lingero, Joanni Debeslao de *Szczelczyno*, & Boguslao de *Chilino*, ſexaginta manſos menſuræ Culmenſis, in Terra Viſnenſi ſitos, ſuper flumine *Bebrza* dicto, cum utriſq; ripis fluvii ejuſdem *Bebrza*.

Tertium Privilegium produxit Jlluſtris olim D. Vladislai, DEI Gratia

Gratia Ducis Masoviæ, de data in *Wizna* feria quarta ante Dominicam *Lætare*, Anni Domini millesimi quingentesimi tricesimi sexti, quo donavit perpetuo Nobili Notario de *Wizna* triginta mansos mensuræ Culmensis *Brzostowo* nuncupatos, cum ripis utrisq; fluvii *Bebrza*.

Quarto loco Nobilis MATHIAS MOCZARZ de *Dombrowka* certo Rescripto ex Actis Judicii Terrestris Visnensis Sigillo Terrestri obsignato se habere octo mansos penes fluvium *Bebrza* cum utraque ripa ejusdem fluvii docuit.

Quinto loco Nobiles TARGONSCII docuerunt sufficienter Privilegio perpetuo, Jllustris olim Dñi JOANNIS Senioris, Ducis Masoviæ, de data Anni Domini millesimi quadringentesimi decimi tertii, feria tertia intra Octavam Asumptionis MARIÆ, se habere quadraginta mansos mensuræ Culmensis super fluvio *Slina*, cum bina ripa ejusdem fluvii prope a *Lomza*.

Hic incipit Districtus Lomzensis cum Tykocinensi.

Generosus Dominus FRANCISCUS DOBRZYNIECKI Pincerna Czernensis, & Vicecapitaneus Lomzensis incepit ostensionem finium Districtus Lomzensis, cum Ducatu Litvaniæ Districtus Tykocinensis, a villa *Nieciecz*, ab eo videlicet loco, ubi pons per olim Dominum GASTHOLT in fluvio *Narew* destructus est, & ubi Districtus Visnensis esse desiit; continuavit ductionem & ostensionem suam, ea via publica, qua etiam ducebat Districtus Visnensis, videlicet, quæ ducit ex oppido *Goniądz* per villam *Trzciana*, & per montem *Przeływna gora*, & ibat per villam *Lopuchowo* quatuor Domus ipsius villæ ad Masoviam relinquendo, usq; ad pontem per fluvium *Slina* positum, villarum *Lopuchowo* & *Zawady* cognomine communem, quem pontem utraq; villa instaurat, & per quem dicta via publica ascendit in Ducatum Masoviæ, iamq; a ponte ipsa via perdidit effectum finium, sed fluvius ipse *Slina* ab eodem ponte Ducatus ipsos dividit, ferme per medium miliare, fluens versus villam *Sikory* Districtus Bielscensis, usque ad torrentem *Borysowka*, hoc est fines dictæ villæ *Sikory*,

jam enim fluvius *Slina* fluit per Ducatum Litvaniæ, & non dividit deinceps præfatos Ducatus.

VILLA TARGONIE NOBILIUM.

Ex adverſo Dominus STANISŁAUS JURKOWSKI, Vicecapitaneus Tykocinenſis, continuando ductionem, & oſtenſionem Ducatus Litvaniæ, venit ſub villam *Targonie* Diſtrictus Łomzenſis Nobilium, & dixit ſub ipſa villa eſse fines Ducatus Litvaniæ & Maſoviæ in eo loco, ubi fluvius *Slina* in fluvium *Narew* incidit, ducente ipſo fluvio uſq; ad molendinum villæ *Mileiowo*, ubi Diſtrictus Tykocinenſis eſse deſinit, & Bielſcenſis incipit.

Ibidem Nobiles TARGONSCII impediendo ipſam ductionem exhibuerunt Privilegium ſuum ſuper utramque ripam prædicti fluvii *Slina*, petentes ſe circa illud conſervari, quod inter alia Privilegia eſt inſertum, & viam prædictam publicam fines eſſe ſuos dixerunt.

DISTANTIA DIFFERENTIAE.

Inter viam publicam prædictam, & ipſum fluvium *Slina*, diſtantia eſt in longitudine unum miliare, in latitudine vero media quarta miliaris, ſunt ibi mellificia quercina, ex quibus datur mel ad *Łomza*, ſunt etiam prata prædictorum Nobilium TARGONSCIORUM ex Caſtro *Tykocin* occupata; ſunt & tres domus KMETHONUM in villa *Łopuchowo*, unus ſedet in manſo, & duo in mediis manſis.

Hic incipit Diſtrictus Bielſcenſis.

VILLA ZAWADY.

Nobiles in *Zawady* Ducatus Maſoviæ GEDETI dicti, duxerunt fines ſuos inter Ducatum Litvaniæ, & Maſoviæ, foſsa notabili *Row* dicta, in ſiniſtra parte relicta, uſque ad planitiem *Smug* dictam, qua tranſit torrens *Boryſowka* ſive *Lopſa*, & ibant alveo ipſius gurgitis notabili, villam *Sikory Bartowianta* dictam, Ducatus Litvaniæ, in ſiniſtra parte contigue relinquendo,ac iterum præfato gurgite transeundo; ibant & per agros poſtea planitie parva, in ſiniſtrum uſque ad viam publicam, quæ ducit ex villa *Zawady* ad villam *Krawcze* di-

ctam,

ctam, nulla tamen alia ſigna metalia præter ipſum gurgitem in campo, & apud viam oſtenderunt.

VILLA SIKORY.

Ex alia parte Nobiles SIKORSCII Ducatus Litvaniæ inceperunt oſtenſionem finium regundorum ab ea foſsa, qua Nobiles in *Zawady* receperunt aquam fluvii *Slina* ad ſuum molendinum, & ibant recte per eos agros, qui coluntur a Nobilibus in *Zawady* uſq; ad truncum putridum arboris tiliæ *Lipa* dictæ, & iterum ad truncum notabilem pinaticeum, tertio loco ad quandam foveam, ubi aſſerebant truncum arboris piri, quæ in finibus ſtabat, eſſe extractum. Quarto loco truncum querci, veluti & priores pro ſignis finium impoſſibiliter oſtenderunt. Poſtea per agros, & parvam planitiem in dextram partem tranſeuntes, venerunt ad rubeta corticea, & pinaticea, ubi via parva emicuit, quæ olim ex villa *Krawcze* ad villam *Zawady* Parochialem ducebat, & quam præfati ZAWADCII tum conſtanter affirmabant, dividere bona ſua cum bonis Nobilium in *Krawcze*. Poſtremo præfati SIKORSCII ea ipſa via duxerunt uſq; ad viam transverſalem publicam Viſnenſem, & ſupra eandem viam oſtenderunt magnum montem loco ſcopuli acialis dividentis villas *Zawady*, *Sikory*, & *Czybory*, & hic Nobiles SIKORSCII a ductione ulteriori ſe continuerunt; præfati vero Nobiles ZAWADCII teſtati ſunt, quia prædictam ductionem veluti Juribus & poſſeſſioni ſuæ dudum præſcriptæ contrariam pro finibus non ſuſceperunt.

Differentia inter Ducentes.

Diſſident inter ſe partes ductione in longitudinem per viam quartam miliaris, in latitudine vero per mediam quartam miliaris; differentia ipſa habet in ſe agros, rubeta, & prata; deniq; præfati ZAWADCII exhibuerunt ſufficiens Privilegium ſuum ſuper agros præfatos, offerentes ſe illud probaturos. Et hic utriuſq; ductionis finis.

Nobilium in Krawcze *cum nobilibus in* Sikory.

Nobiles KRAWCZOWIE Ducatus Maſoviæ oſtendentes Privilegium Jlluſtris olim Ducis Domini JOANNIS Majoris Maſoviæ de data in

Lomza

Lomza feria tertia poſt Lætare Anno 1420. ſuper decem laneos agri, aliud vero Judicii Terreſtris *Lomzenſis* Anni Domini milleſimi quingenteſimi primi, feria tertia Ramis palmarum, ſuper alios decem manſos, inceperunt ducere fines ſuos cum villis *Sikory* Ducatus Litvaniæ ductione impoſſibili, a quatuor videlicet cumulis lapidum uſque ad magnum truncum quercinum, & dicebant eum in finibus eſse. Iterum inceperunt transverſaliter per agros in ſiniſtram partem ad monticulum lapidibus refertum, inde recte per pratum & ſilvam parvam *Olſzowy* dictam, uſq; ſub ſepes villæ *Sikory*, ubi oſtenderunt pro ſcopulo parietali alium monticulum cum lapidibus. Iterum ducebant longo ſpatio per campum uſq; ad rubeta *brzozowe* dicta, ubi oſtenderunt monticulum non parvum, ſcopulo ſimilem, quem dicebant eſse parietalem. Inde per rubeta uſque per planitiem *Labandzia Biel* dictam, uſq; ad certam foveam penes viam, qua itur ex villa *Zaleſie* ad *Lomza*, affirmantes olim fuiſse arborem pinaticam pro limite ſtantem in eo loco, ubi nunc eſt fovea, & illic ſubſtiterunt.

VILLA SIKORY.

Ex alia parte Nobiles *de Sikory* Ducatus Litvaniæ inceperunt oſtenſionem finium ab eo loco, ubi coeunt fines illorum cum finibus villæ *Zawady*, via videlicet publica, quæ ducit ex *Tykocin* ad *Lomza* uſque ad eum locum ubi argilla foditur, videlicet *Glinki* dictum, poſtea deſcenderunt de ea via publica in ſiniſtrum meta quadam uſq; ad quatuor cumulos lapideos, hoc eſt *Sudki* ſive *Kopce* dictos. Inde iterum ibant & oſtenderunt locum effoſum, quaſi per Nobiles KRAWCZE, utl ocus finium cognoſci non poſſit, & dicebant ſcopulum illic diſiectum. Ab eodem loco ducebant eadem meta, & oſtenderunt octo cumulos lapideos ordinarie per certa ſpatia in ipſa meta poſitos, ubi etiam duo Nobiles in *Krawcze* viri graves JOSEPHUS & GREGORIUS ſuapte fatebantur, in ſiniſtra parte ejuſdem loci fuiſſe jam Ducatum Litvaniæ, & in dextra Ducatum Maſoviæ. Ducebant poſtea præfati SIKOROWIE, ea ipſa meta uſq; ad rubeta corticea,

ad cu-

ad cumulum lapideum, poſtea via parva, uſq; ad viam notabilem, quæ ducit ex oppido *Szuraſz* ad *Lomza*, in qua via occurrens tertius Nobilis de *Krawcze* nomine BARTHOLOMÆUS, vir ſenio confectus, circiter nonagenarius, ſua ſponte confeſſus eſt, quia in læva parte illius viæ eſt terra nobilium in *Sikory*, & in dextra Nobilium KRAWCZE. Poſtremo ducebant SIKOROWIE ea ipſa via notabili ad rubeta pinatica, & oſtenderunt foveam, ubi prius erat arbor pinatica magna, & per Nobiles KRAWCZE ſuccíſa, ideo, quia in ea erant limitum ſigna, & ibi ceſſaverunt a negotio ductionis ſuæ. Differentia inter ducentes in agris alicubi eſt duorum, & alicubi trium ſtadiorum.

Concordantia aliquot Hæreditatum.

Eadem via publica, qua itur ex oppido *Szuraż* ad *Lomza*, & in aliis locis ſemita notabilis *Plozi*, dictas dividit villas Ducatus Maſoviæ, omnes pacificas, in fundis videlicet: *Zambrzyce*, *Czochanie*, *Czwaliny*, *Swiałuki*, *Slaſchy*, *Sliwowo*, *Olſchewo*, *Cholewy*, *Hojudy*, ex parte vero Ducatus Litvaniæ cum iſtis villis coeunt villæ iſtæ etiam in fundis pacificæ, videlicet: *Wnory*, *Grodzkie*, *Kuleſche*, *Byki*, *Golaſche*, *Damps* concordabant ductione ferme ſpatio duorum miliarium, donec ventum eſt ad fines villarum *Golaſſie*, *Noſczyczne* Litvaniæ, cum villa Ducatus Maſoviæ *Kolaki*, *Guniowie*. Namq; primum ventum eſt ad binam viam, quarum una ducit ex *Lomza* ad *Wyſokie*, & altera a villa *Hondy* ad villam *Schanie*. Nobiles Ducatus Litvaniæ GOLASSY eduxerunt via, quæ vadit ad *Schanie* in dextram partem, uſque prope ipſam villam *Schanie*, ad eum locum, ubi arbor pomi non longe diſtat a via; nam ſtatim aſcenderunt in agros in ſiniſtram partem ad pratum, ubi cumulum lapideum jacentem pro ſigno limitum oſtendebant, & poſtea ad truncum quercinum magnum, tandem oſtenderunt foveam, ubi arborem pini limitalem effoſſam eſſe aiebant. Inde recte per pratum & torrentem, in ſilva *Olſzowy* fluentem, ac per paludem *Biel* dictam, uſq; ad viam publicam, quæ ducit ex villa *Schanie* ad oppidum *Wyſokie*, ad eum videlicet locum, ubi eſt

arbor pinatica magna mellificialis, & Diſtrictus Bielſcenſis illic eſſe deſiit; & ibi prædicti Nobiles Golassie fines ducere deſierunt.

Hic incipit Diſtrictus Drohicenſis.

Poſtea Nobiles Tyborowie diſtrictus Drohicenſis, continuantes ductionem Ducatuum, inceperunt negotium oſtenſionis ab aggere veteri villæ *Golaſſie*, & torrente *Damp* dicto, per piſcinam villæ *Schanie* fluente ad aggerem villæ *Czoſchaki*. Inde recte ad arborem tiliæ *Lipa* dictam, poſtea ad villam *Studzianki*, recte penes ſepes ipſius villæ, ac certa ſemita *Plozi* dicta, inter agros villarum *Studzianki*, & *Tybory* jacente, ac plane illos diſtingvente, per ſilvam *Olſzowy*, & certos agros transeundo penes ſepes villæ *Zegadlowo*, *Rzambieyki*, uſq; ad alveum torrentis *Trzcianki* dicti; & illic a ſua ductione ceſſaverunt.

Ex adverſo Nobiles Guniowie Ducatus Maſoviæ reſpondendo ductioni villæ *Golaſſie*, duxerunt fines alia via in partem ſiniſtram, quæ ducit ex *Lomza* ad *Wyſokie*, uſq; ad limites ſive fines Nobilium Uscheinskich Litvanorum, & Nobilium Schanie, & Szczodruchy Maſovitarum, & hic ceſſaverunt a ductione ſua cum *Golaſſie*. Poſtea Nobiles Schainscy & Nobiles de Szczodruchy, reſpondendo ductioni nobilium de *Tybory*, ducebant ea ipſa via verſus villam *Jabłonka*, & venerunt ad certum ſcopulum noviter erectum, inter bona Uscheinskich, & Tyborowsci, & qui ſcopulus angularis veluti, ut dicunt, attingit bona ipſorum Guniowe ducentium. Continuabant præterea ductionem ſuam ea ipſa via uſque ad fines villarum *Tyborowo* Litvaniæ, & *Czachi*, *Kolaki*, Maſoviæ, & hi Nobiles Schainscy & Szczodruchy a negotio finium ſuorum ceſſaverunt. Diſtantia inter ducentes in longitudinem circiter medium miliare, in latitudinem vero magna quarta miliaris.

Item Nobiles Litvaniæ Kolaki de *Czachy*, ſive *Damp*, ſuccedendo continuaverunt oſtenſionem finium inter præfatos Ducatus, eadem etiam via publica, uſque ad bona *Rambiſzewo*, Zegadlii, & parvam viam transverſalem, quæ ducit ex *Tybory* ad *Rambiſzewo* Ze-

wo ZEGADLII Maſoviæ, & hic a negotio finium Nobiles in *Kolaki* ceſſaverunt.

Poſtea Nobiles de *Rambiſzowo* ZEGADLII Ducatus Maſoviæ, inceperunt ductionem finium inter Ducatus, ea ipſa via, qua itur ex *Lomza* ad *Wyſokie*, per campum uſq; ad parvam viam, quæ, dimiſſa via publica, ducit in dextram partem ad villam *Faſcze* Maſoviæ, & *Jabłonka* Litvaniæ; & tandem deſcendentes de ea ipſa via in ſiniſtrum, duxerunt per agros a TYBOROWSKIE cultos, verſus villam *Jabłonka*, dicentes & alicubi oſtendentes, in eo loco olim fuiſſe viam illorum, qua ibant ad Eccleſiam in *Jabłonka*, poſtea uſq; ad quendam cumulum terra & lapidibus erectum, eum ipſum locum dicentes eſſe ſcopulum inter Ducatus. Poſtremo ibant ad truncum quercinum, & iterum ad alium, ubi oſtenderunt cumulum lapidum cum terra mixtorum, inde recte per planitiem uſq; ad parvam viam, & poſtea per campum verſus villam *Jabłonka* jacentem, uſque ad foveam in meta exiſtentem, quem locum foveæ dicebant eſſe pro finibus inter hæreditates, *Faſcze*, *Rambiſzowo* & *Jabłonka*, & ibidem ceſſaverunt, ducere fines nobiles RAMBISZEWSCY ZEGADLOWY Maſovitæ, TYBOROWSKIE & JABLONSCY.

Poſtea Nobiles LASZCZOWIE Maſovitæ duxerunt fines inter Ducatus præfatos, incipiendo a prædicta fovea, apud quam Nobiles de *Rambiſzewo* ZEGADLII ceſſaverunt a negotio ductionis, & iverunt per certam metam notabilem uſq; ad hortum Plebani in *Jabłonka*; tandem penes ſepem Plebani, Cemeterium, per viam publicam, & per planitiem ac prata ad quandam metam finium, in qua eſt via, qua itur ex villa *Jabłonka* ad agros, uſq; ad ſcopulos villæ *Mioduſchy*, poſtea ipſis ſcopulis via transverſali inter agros tendente; & hic prædicti Nobiles *Faſcze* deſierunt ducere fines contra prædictos Nobiles de *Rambiſzewo*, cum quibus exilis prope modum diſtantia controverſiæ ipſis interceſſit cum Nobilibus infraſcriptis, ductioni ſuæ illi correſpondentibus.

Iis ita peractis ex alia parte Nobiles JABLONSCY Litvani incepe-

runt ductionem suam ab aggere piscinæ, sub villa *Rambiszewo* jacentis, ducentes per prata optima alveo gurgitis *Trzcianka*, in partem dextram, postea pertransierunt alium torrentem *Jabłon* dictum, penes *Olszyna* jacentem, etiam in partem dextram, postea ibant transversaliter per agros & per viam, quæ tendit a villa *Mioduschy* ad Ecclesiam in *Jabłonka*, usq; ad scopulum magnum dividentem villas *Mioduschy & Jabłonka* Litvaniæ; & hic JABLONSCY cessaverunt a sua ductione.

Postea prædicti Nobiles FASZCZOWIE prosequendo ductionem suam, qua per Nobiles in *Jabłonka* paulisper remorati erant, convenientes cum Nobilibus Ducatus Litvaniæ in villa *Mioduschy*, duxerunt fines inter Ducatus via præfata transversali, quæ intermediat finibus agrorum utriusq; partis, circa quam viam ostenderunt quinq; scopulos notabiles, pacificam sibi ipsis utrinque recognoscentes possessionem. Consequenter ea ipsa via ibant, concorditer circiter decem stadiis, postea ex eadem via descenderunt in sinistrum in quandam metam notabilem inter agros, qua ibant concorditer omnes usque ad bona Nobilium KRAIEWSKICH eadem meta, qua ipsi ibant, & KRAIEWSCY metam repugnabant, sed ibant in sinistrum uno stadio in latitudine, in longitudinem vero tam longo spatio, quamdiu bona illorum se extendunt. Postea ibant cum MIODUSKIMI Litvanis usque ad bona *Biale Kraiewskie*, quo incipiunt apud silvam *Grabnik* cum bonis Nobilium MIODUSKIMI, & ibant concorditer meta prædicta secundum concordiam, per illos ab aliquot annis initam, ac Libro terrestri Zambroviensi inscriptam, ostendentes incisiones in quinque quercubus loco finium, usq; ad aliam silvam *Grabowy Las* dictam, ubi in quinque arboribus ostendebant incisiones limitales circa campum dictorum Nobilium *Mioduschy*, usque ad scopulum angularem, ubi coeunt fines villarum *Mioduschy*, *Białe kraie*, & *Zarambi*, & ubi Districtus Zambroviensis esse desiit.

Hic incipit Districtus Nurensis.

Nobiles prædicti MIODUSZOWIE continuantes ductionem suam plane

plane inconvenientem cum bonis Nobilium ZARAMBOWIE in Diſtrictu Nurenſi jam confinem, ibant imprimis a præfato ſcopulo aciali per torrentem *Malibrok*, Diſtrictus dividentem, & iterum transverſaliter in dextrum, per agros a Nobilibus de *Zarambi* conſeminatos, uſq; ad metam tranſverſalem, Nobiles SKARZYNSKICH Ducatus Litvaniæ, cum ZARAMBI dividentem; iterum ab eadem meta recte per campum uſq; in villam ZARAMBI *ROMANI* molendinum, & piſcinam in prædicta *Zarembi* conſiſtentem; & hic prædicti Nobiles MIODUSCHOWIE deſierunt a ductione ſua.

In contrarium Nobiles ZAREMBOWIE Maſovitæ a prædicto gurgite *Malibrok* duxerunt fines inter Ducatus prædictos in ſiniſtrum, per metam plane fines demonſtrantem, & in eadem pro ſigno limitum ſex cumulos lapidum cum terra mixtos, poſtea inciſiones *Wręby* dictas in duabus quercubus, & alias inciſiones ſimiles in arboribus tiliarum oſtenderunt, & poſtea ad ſcopulum acialem, ſub arbore alnea *Olſza* dicta, in *Smug* poſitum venerunt, & a negotio ductionis cum *MIODUSKIMI* hic ceſſaverunt.

Diſtantia differentiæ inter ducentes eſt in longum circiter decem ſtadiorum, & in latum trium ſtadiorum. In loco differentiæ ſunt ſegetes affinales per Nobiles de *Zarembi* ſeminatæ.

Nobilium in ZAREMBI cum KACZYNSKI.

Nobiles ZAREMBOWIE Ducatus Maſoviæ continuantes progreſſum inter Ducatum Maſoviæ & Litvaniæ contra Nobiles KACZYNSKIE Litvanos, inceperunt oſtenſionem finium a prædicto ſcopulo aciali ſub alno poſito ubi cum Nobilibus MIODUSCHOWIE a ductione ceſſaverunt. A quo quidem ſcopulo ducebant per planitiem *Smug* dictam, & parva rubeta uſque ad quendam monticulum, quem pro ſcopulo oſtenderunt, & poſtea alium monticulum ſimilem etiam oſtenderunt, ducebant conſequenter eadem planitie, & tredecem truncos magnos quercinos progreſſive poſitos oſtenderunt, dicentes olim fuiſſe in ipſis quercubus inciſiones finium, quæ inciſiones ne pateant hominibus, a KACZYNSKIE ſunt ſucciſæ. Exiverunt

runt tandem in campum per KACZYNSKIE noviter eradicatum, & æstivalibus segetibus conseminatum, & ibant recte per segetes transversaliter in dextrum, versus villam *Rossochate*, inter duas arbores pomi, postea ad arborem tiliæ *Lipa* dictæ, usque ad viam publicam, quæ vadit ex *Lomza* per villam *Rossochate* ad oppidum *Nur*, ubi etiam coeunt fines villarum *Rossochate*, & prædictæ *Kaczyno*; & ibi a ductione sua cessaverunt.

In contrarium Nobiles KACZYNSCY Ducatus Litvaniæ inceperunt ostensionem suam finium, eadem etiam via publica Lomzensi euntes, usq; prope villam *Stare Zaremby Krankowo*, paulisper de via ipsa in dextrum declinantes, ibant penes sepes ipsius villæ, ipsos in sinistro relinquentes, postea eam ipsam viam publicam Lomzensem reassumserunt eademq; fines suos duxerunt usque ad villam *ZAREMBI* ROMANI *Szwanskowie* sub molendinum ipsius villæ, & ad piscinam sub molendino jacentem, & ibidem conformantes se ductioni Nobilium in *Miodufchy* a ductione sua cessaverunt.

Distantia differentiæ est in latitudine viginti stadiorum citra vel ultra, in longitudinem una quarta miliaris.

Concordantia certarum Hæreditatum.

Ubi autem desitum est a finibus per Nobiles ZAREMBOWIE cum Litvanis KACZYNSKIEMI, intermediant Hæreditates & villæ omnes pacifici; Nobilium videlicet *Rossochate* NARTOLTI & *Dambrowa* CHERUBIM; dislimitat autem ipsos Ducatus via publica ex *Lomza* ad *Ciechanowiecz*, per medium villæ *Rossochate* ducens, & villam *Rossochate* per medium ad Ducatus dividens, tenditq; eadem via dividendo Ducatus, relinquendo villam *Dambrowa* Ecclesiasticam, & *Długa Dambrowa* in parte sinistra ad Ducatum Litvaniæ, donec ventum est e regione villæ *Nowa Wieś* DAMBROWSKICH Masoviæ, tum demum præfati nobiles de *Nowa Wieś*, & cum Nobilibus de *Dambrowa łozy* descenderunt in partem sinistram, & consenserunt in certam metam inter agros villarum ipsarum jacentem, ac Ducatus dividentem, usque prope arborem piri in agris Masoviæ stantis, tunc

enim

enim utraq; pars, relinquendo ipſam arborem transverſaliter in ſiniſtrum, ducebant fines contiguitatibus camporum, uſque per viam & ſilvam alneaticam dictorum DAMBROWSKICH communem ad novum campum uſque, & iterum per ſilvam paludinoſam uſq; per aggerem piſcinæ deſertæ, & Nobilis Dominus LAURENTIUS IWANOWSKI nomine Domini NICOLAI KISZKA teſtatus eſt, ibi eſſe fundum ipſius Domini ſui; deinde duxerunt Maſovitæ in dextram partem ad arborem *Grab* in ſiniſtra parte ſtantem, habentem in ſe crucem, quam pro ſigno limitum oſtendebant. Tandem ducebant certa meta, in qua oſtenderunt monticulum lapidibus abundantem, quaſi ſcopulus eſſet, diſiectum, ubi Nobiles KUCZYNSCY Litvani, & Nobiles MODZIELOWIE Maſovitæ, ſuos parietes iam eſſe dicebant, & DAMBROWSCY Litvani etiam dicebant eundem ſuum parietem eſſe cum KUCZYNSKIEMI, & non MODZELOWSKICH. Deinde duxerunt ipſi DAMBROWSCY & MODZELEWSCY Maſovitæ ad ſcopulum notabilem, quem KUCZYNSCY Litvaniæ & DAMBROWSCY Maſoviæ dicebant eſſe ſuum, & præfati MODZELEWSCY dicebant etiam eſſe ſuum; & hic præfati DAMBROWSCY a ſua ductione deſierunt. Verum nobiles in *Modzele* proceſſerunt ulterius uſque ad truncum quercinum, in quo dicebant olim fuiſſe ſigna metalia, & hic a ſua ductione deſierunt.

NOBILES SIENICCII.

A præfato trunco quercino Nobiles SIENICCII Ducatus Maſoviæ, bonis ipſius villæ *Kaplania* Nobilium KUCZYNSKICH contigui, ducebant fines inter bona ſua, villæ *Sienica* & bona villæ *Kaplania*, præfata Ducatus Litvaniæ via publica, quæ ducit ex *Wyſokie* ad *Ciechanowiec*, uſq; ad truncum putrefactum arborem *Brzoſt*, a prædicto trunco quercino non magno ſpatio diſtante, ubi dicebant olim fuisſe ſigna fines deſignantia, ne tamen cognoſci & videri poſſint, ex parte nobilium KUCZYNSKICH arborem eſſe ſucciſam; & in eo loco deſierunt a ductione ſua. Præfati vero nobiles KUCZYNSCY

enervando illorum ductionem, testati sunt terram illam esse suam eamque ad præsens in usu & possessione habere sua.

Nobiles GODLEWSCY *Masovitæ.*

Consequenter Nobiles GODLEWSCY a præfato trunco, per Nobiles SIENICKICH pro signo angulari relicto, continuantes ductionem ex parte Ducatus Masoviæ cum bonis *Kaplania* præfatis, nobilium KUCZYNSKICH Litvanorum, progressi sunt non magno spatio præfata via publica, ex *Wysokie* ad *Ciechanowiec* tendente, advenerunt ad quendam monticulum parvum, quem dicebant esse scopulum suum angularem cum nobilibus Masoviæ in villa *Zawiszty*, viam publicam prædictam, pro limitibus cum villa *Kaplania* relinquentes, a ductione sua se continuerunt. Nobiles tamen KUCZYNSCY, ut prius, dicebant esse fundum suum, illumq; ad præsens possidere, quo ducebant præfati GODLEWSCY.

Nobiles in ZAWISZTY.

Ab eo monticulo, ubi desitum est per Nobiles GODLEWSKICH a negotio finium, Nobiles in *Zawiszty* continuantes ductionem suam ex parte Ducatus Masoviæ, cum bonis villæ præfatæ *Kaplania* Ducatus Litvaniæ, duxerunt præfata via publica, qua itur ex *Wysokie* ad *Ciechanowiec*, bona sua in dextra parte relinquendo, & iverunt per medium villæ præfatæ *Kaplania*, allegantes in sinistra parte esse villam Nobilium KUCZYNSKICH in Ducatu Litvaniæ, in dextra vero dicebant homines noviter esse locatos per KUCZYNSKICH in Ducatu Masoviæ, & in ipsorum hæreditate *Zawiszty*; exeuntes de villa descenderunt de ea ipsa via in dextram, & duxerunt per agros ea ipsa via, quasi decem sulcis in latitudinem usq; ad præfatum, & iterum per agrum. Et ascendentes in quendam monticulum, dicebant in eo loco olim fuisse quendam scopulum eorum angularem, cum nobilibus Masoviæ de *Kuthilowo* bona sua dividentem, & hic cessarunt a sua ductione. KUCZYNSCY autem dicebant in eo loco nunquam fuisse scopulum, sed esse eam totam terram illorum, quam semper

& anno

& anno præſenti ſubditi eorum de villa *Kaplania* pacifice colunt, atq; medietatem villæ prædictæ in dextra parte viæ, non in Ducatu Maſoviæ, ſed in fundo Ducatus Litvaniæ ab antiquo eſſe locatam.

NOBILES KUTYLOWSCII.

Ab eodem loco ubi Nobiles Zawistii Maſoviæ ſubſtiterunt, inceperunt ducere Nobiles Kutylowscii fines contra Luniewskie ducentes parvo ſpatio per agrum, & iterum aſcenderunt in viam prædictam publicam, in ſiniſtram partem, & duxerunt eadem via uſq; ad metam quandam ſatis notabilem in dextra parte, circa quam & ſcopulus terra & lapidibus erectus eſt, & hic Nobiles Kuczynscii teſtati ſunt eam metam & ſcopulum dividere bona eorum a bonis Nobilium Drohicenſium, Luniewskich dictorum, prout & ipſi Luniewscy in ipſa meta ſua aſtiterunt; Kutylowscii conſequenter continuaverunt ductionem ſuam eadem via uſq; prope villam *Luniewo* dictam Litvaniæ, poſtea diverterunt in partem dextram per agros & ſulcos transverſaliter, ducentes uſq; per pratum ferme duobus ſtadiis a ſepibus villæ, & iterum ibant per agros, ſulcos, uſq; per viam transverſalem ad *Kutylowo* ducentem, poſtea aſcenderunt in aliam viam, quæ ex eadem villa *Luniewo* ducit in ſiniſtram ad *Ciechanowiec*, eandem viam pro finibus Ducatuum aſſerentes, & oſtenderunt in dextra parte truncum quercinum, in quo olim ſigna fuiſſe finium dicebant. Venerunt poſtea prope villam *Gnathy* ad arborem tiliæ concavam, cui e regione contigua eſt ſemita limitum in dextra parte, quam aſſerebant Kutylowscii hæreditates ſuas cum villa *Trinische* & *Gnathy* Drohicenſium dividere, & hic ceſſarunt Kutylowscii a ſua ductione. Ex adverſo allegarunt eam viam non eſſe viam magnam Ciechanovienſem, ſed ſemitam eorum, qui frumenta ex campis ad horrea ducunt; proteſtati ſunt etiam Luniewscii, quod in ipſa tilia quam Maſovitæ angularem eſſe dicebant, bona villarum prædictarum dividentem, non ſunt nec apparent ex alia parte talia ſigna.

Nobilium in Trinische contra Luniewo.

Ab eadem tilia & meta nobiles in *Trinische* Masovitæ ducebant fines inter Ducatus ea ipsa via penes villam *Gnathy* Litvaniæ, eandem in dextra parte relinquentes, & ibant ea ipsa via tamdiu, donec incidit in viam magnam ex *Bielsko* ad *Nur*, & ea via magna progredientes, diverterunt per agros aratos in sinistrum, & ducebant non parvo spatio per rubeta, usq; ventum est ad viam magnam transversalem Lomzensem & Ciechanoviensem, & per ipsam viam ad metam *Plozy* dictam, (quæ meta dividit Ducatus præfatos & hæreditates *Ciechanowiec* cum Masovitis *Trinische*) quam metam pro finibus utraq; pars suscepit.

Nobiles KUCZYNSCII Litvani.

Ex alia parte Nobiles Kuczynscii Ducatus Litvaniæ in villa *Kaplania* respondentes ductioni Nobilium Masoviæ, aliquot villarum videlicet Sienickim, Godlewskim & Zawiszom, duxerunt fines suos villæ *Kaplania* dictæ, incipientes negotium ductionis suæ in eo loco, ubi via publica Lomzensis, de qua Nobiles Dambrowscii sinistrum descenderunt, convenit cum via publica, quæ ducit ad oppidum *Wysokie*, & dimittentes eam ipsam viam in *Wysokie* in parte sinistra, iverunt præfata via Lomzensi, relinquentes in sinistra parte villas Masoviæ *Nowa wieś*, *Modzele*, *Szwianki*, villas tres ita dictas, *Sienica*, villas tres eo nomine dictas, ac villæ *Godlewo* tres domos in sinistra parte ad Litvaniam, reliquum villæ in parte dextra ad Ducatum Masoviæ relinquendo. Inde recte ducebant eadem via Lomzensi penes villam *Zawiszty* in dextra parte viæ jacentem usq; ad fines & scopulos notabiles villæ *Kuthilowo* cum præfata villa *Zawiszty* a viginti annis renovatos. Et hic præfati Kuczynscii cessaverunt a sua ductione, quam Domini Masovitæ non susceperunt. Duxerunt autem spatio unius miliarii in longitudinem, novem villas Ducatui Masoviæ adscriptas, prout certa Privilegia coram nobis exhibita ita disponunt Ducatui Litvaniæ impossibiliter tribuendo.

Nobiles

Nobiles LUNIEWSCII *Litvani.*

Conſequenter ubi deſitum eſt per Nobiles KUCZYNSKIE a ductione finium, ſucceſſerunt in eorum locum vicini ipſorum Nobiles LUNIEWSCII etiam Litvani, reſpondendo ductioni Nobilium KUTYLOWSKICH, incipientes ducere fines ab eiſdem ſcopulis per Nobiles KUTYLOWSKIE cum Nobilibus ZAWISTOWSKIE renovatis, & ducebant in longitudinem ſpatio unius miliarii magni, eadem via publica Lomzenſi, relinquentes in parte ſiniſtra octo villas Maſoviæ ad Ducatum Litvaniæ, inconvenienter relinquentes iſtas videlicet *Kutylowo Pyzyſze*, villas quatuor *Kutylowo Skupie*, villas tres & medietatem villæ *Triniſche* in ſiniſtra parte Ducatui Maſoviæ appropriando, uſq; ad borram magnam oppidi *Ciechanowiec* Generoſi Domini NICOLAI KISZKA. Et hic prædicti LUNIEWSCII a ſua ductione, per Nobiles Maſoviæ non ſuſcepta deſierunt.

Concordantia Hæreditatum.

Et poſtquam deſitum eſt a ductione limitum per præfatos Nobiles, Generoſus Dominus NICOLAUS KISZKA cum ſuis cohæredibus in oppido *Ciechanowiec* ex una, & Nobilibus *Triniſchewo* parte ex altera in ſuam ductionem mox ſucceſſerunt, ibantq; concorditer ea ipſa via Lomzenſi, & parvo ſpatio deſcenderunt in partem dextram in ſemitam quandam finibus communem, *Plozy* dictam, ibantq; eadem ſemita uſque ad viam magnam ipſi ſemitæ tranſverſalem, ubi borra Maieſtatis Regiæ ad villam *Zaſzkowo* pertinens, incipit, & pertranſeundo borram prædictam cum borra *Ciechanowiec*. Tum demum Nobiles TYMIENSCII Maſovitæ cum Dominis in *Ciechanowiec* ibant citra controverſiam, ea ipſa ſemita, tam diu, donec ventum eſt ad eum locum, ubi bona Maieſtatis Regiæ villæ *Zaſzkowo*, cum bonis Dominorum in *Ciechanowiec* villæ *Kozarze* coeunt. Siquidem Nobilis Dominus PETRUS CHADZINSKI Vicecapitaneus Nurenſis cum ſenibus ex *Zaſzkowo* ductionem finium ipſa ſemita repugnabant, ſed ibant in ſiniſtram partem inter utraſque hæreditates uſq;

 ad flu-

ad fluvium *Nurzecz* & ipſius medietatem & prata ripæ ipſius fluvii contigua, dicebant Cmethones præfati Regiæ Maieſtatis ſemper habere in pacifica poſſeſſione, quæ quidem prata ab eisdem Cmethonibus ſepta, tum quoq; falcaſtrari, & raſtrari vidimus; factores vero Dominorum in *Ciechanowiec* ducebant fines ſuos ea ipſa ſemita ſive via *Plozi* dicta, penes ipſam villam *Zaskowo* recte ad ipſum fluvium *Nurzecz* prope molendinum aquaticum, quod Maieſtas Regia habet in commune cum ipſis Dominis in *Ciechanowiec* & ibi ceſſaverunt a ſua ductione. Conſequenter præfatus fluvius *Nurzecz* in occidentem ſub oppidum *Nur* fluens, incidit in fluvium *Bug* qui iterum deſignavit Ducatum Litvaniæ & Maſoviæ ſpatio trium miliarium, uſque ad villam *Kiełczowo*, quæ eſt in Ducatu Litvaniæ; ab eadem *Kiełczowo* is ipſe fluvius *Bug* non dividit Ducatus, ſed fluit per Ducatum Maſoviæ. Torrens autem *Wieliącza* dictus, iam tandem dividit Ducatus præfatos, ibidemque incipit Diſtrictus Camenecenſis. Qui quidem torrens *Wieliącza*, non diſtinguit Ducatus, niſi per medium miliarii, videlicet verſus villam *Szadowne* Venerabilis Capituli Varſavienſis, & nulla illic eſt differentia inter ſubditos Maieſtatis Regiæ, uſque ventum eſt ad villam *Kołodziądz* ejuſdem Capituli Varſavienſis, & villam nobilium *Lipki*. Tum demum præfati nobiles in *Lipki* Ducatus Litvaniæ aſſerebant ſe habere injuriam ex præfata villa *Kołodziądz* Ducatus Maſoviæ, videlicet violentam occupationem borræ, & certorum agrorum, parvo quidem ſpatio, ſed utique magno ſuo præjudicio; ſi quidem non ſcopuli notabiles per certos Commiſſarios Maieſtatis Regiæ non ita pridem poſiti diſtinguere debent hæreditates prædictas, verum torrens *Kołodziądz*, ad quem a primo ſcopulo ducebant ad prædictum gurgitem *Kołodziądz*, uſq; ad molendinum prædictæ villæ *Kołodziądz*., Capituli Varſavienſis.

Ex alia parte Factores Venerabilis Capituli Varſavienſis cum inhærentes citatorum adjudicatoriis præfatorum Dominorum Commiſſariorum ſuper præfatos ſcopulos inter ipſas hæreditates

emana-

emanatis, ducebant fines ſuos eisdem ipſis ſcopulis. Et ita utraque pars ceſſavit a ſua ductione. Generoſus vero Dominus ANDREAS FALKOWICZ Capitaneus Drohicenſis aſſerebat prædictos Ducatus diſtingui debere fluvio *Bug*, ab eo loco, ubi fluvius *Nurzecz* in ipſum fluvium *Bug* incidit, & a fluvio *Bug* uſq; ad eum locum, ubi fluvius *Liwiecz* incidit in fluvium *Bug*. Poſtremo vero is ipſe fluvius *Liwiecz* dividere debet Ducatus præfatos, uſque ad eum locum, ubi ſumpſit exordium ſuum.

Conſequenter intermediant certæ hæreditates videlicet ex parte Ducatus Maſoviæ *Modnik* & *Grzebiska*, *Stoczek*, *Matkali*, omnes pacificæ, quæ dividuntur certis locis *Uroczyska* dictis, cum iſtis hæreditatibus Ducatus Litvaniæ, videlicet oppido *Ugoſcza*, *Kozolupi*, *Kalenczyn*, & *Borzycki*. Poſtquam vero ventum eſt ad bona Nobilium LOCHOWSKICH, *Twarogi* dicta Maſoviæ, & bona *Paplinska wola* Ducatus Litvaniæ, controverſia inter prædictos Nobiles utrinq; reperta eſt; nam Nobiles PAPLINSCY inceperunt oſtendere ductionem finium torrente *Linbieſza* dicto, ab eo loco ubi in dextra parte coeunt campi & agri prædictarum hæreditatum, quo quidem torrente ſive alias alveo illius ita ſicco, ut equitibus nobis datus eſt tranſitus in occidentem uſq; ad molendinum Nobilium LOCHOWSKICH Maſoviæ *Dizek* dictum, & iverunt per aggerem, qui eſt poſitus ad uſum dicti molendini ad fluvium inſigniorem, quem PAPLINSCII appellabant *Linbieſza*, in quem alveum aquam copioſiorem inductam ex fluvio *Lyw* PAPLINSCII eſſe dicebant, quod nos propter difficultatem aditus videre non potuimus. Et illic ceſſaverunt a ſua ductione, Nobiles vero LOCHOWSCII teſtabantur, quia is ipſe fluvius non eſt *Linbieſza* ſed *Kamionka*.

Ex alia parte Nobiles Maſoviæ LOCHOWSCY hæredes in *Twarogi*, ab eodem etiam loco, ubi PAPLINSCY ductionem inceperunt, ducere fines ceperunt, non tamen in occidentem ſed in meridiem, alveo etiam prædicti gurgitis *Linbieſza*, uſq; ad fluvium *Liwiecz* e regione molendini aquatici Nobilium PAPLINSKICH *Białe brzegi* di-

cti, molendinum prædictum, agros & silvas in sinistra parte prædictis PAPLINSKICH relinquentes; & hic cessaverunt a sua ductione.

Distantia differentiæ in longum unum quartale miliarii, in latum non dissident, in ea differentia est silva optima communis, & molendinum cum piscina possessionis ad præsens LACHOWSKICH.

Consequenter fluvius *Liwiecz* distinguit ferme pacifice Ducatus prædictos, incipiens a villis *Paplino* Ducatus Litvaniæ, & *Gorki* Ducatus Masoviæ, quibus est intermedius usque ad villam *Baydi* per decem miliaria exceptis paucis hæreditatibus, quæ inter se dissident eo, ut sequitur modo. Nam imprimis Nobiles in *Gorki* Ducatus Masoviæ Districtus Livensis cum nobilibus in *Paplino*, occasione antiqui fluvii, pratorum, & silvarum inter veterem fluvium & partem fluvii *odnoga* dictam consistentium. Ibidem Nobiles in *Thurna* cum Magnifico Domino STANISLAO KISZKA Palatino Vitepscensi in villa *Jakimowicze* hærede, ac Nobiles in *Zukowo* Masovitæ cum Domino NICOLAO WRZELEWSKI in oppido *Mankowody* hærede, inter se dissident, ut in Regestro querelarum descriptum est.

Districtus Lucoviensis incipit.

Fluvius dictus *Zithna* incidens in fluvium *Liwiecz* inter bona *Niwiska* & bona *Osspolie* etiam Nobilium, dividit Districtum Lucoviensem a Livensi, dictusque fluvius *Liwiecz* ab eo loco dividit Ducatus pacifice, & ibi antiqua bona sunt Nobilium *Golicze*, *Strzała*, & *Siedlec* in Districtu Lucoviensi, in Districtu autem Drohicensi villæ Litvanorum istæ congrediuntur *Chodow*, *Kryslin*, *Boski*, &c.

Postea itum est concorditer versus orientem prædicto fluvio *Liwiec* ferme tribus miliaribus, donec ventum est ad villam Nobilium CZEPIELIE Palatinatus Lublinensis & Districtus Lucoviensis, tum demum dissidere cæperunt & suas controversias cum Magnifica Domina ELISABETH PALATINA Trocensi, hærede in oppido *Mordy*, occasione violentæ disjectionis aggeris in fluvio *Liwiecz* existentis, per ipsos nobiles factæ, ostenderunt. Qui præfati Nobiles hære-

hæredes in *Czepielie* oſtenderunt prædictum aggerem diſiectum, & annihilatum quidem eſſe, ſed in fundo proprio, ac ex iſta parte fluvii *Liwiec*, ubi villa illorum conſiſtit, & ideo nullam violentiam inferre prædictæDominæ Palatinæ, ſe feciſſe allegabant, ex eo, quod in ſuis bonis id fecerunt.

Villa Krzymoſze Domini OLIEˎCZKI.

Magnifica Domina ELISABETH SAPIEZYNA præfata Palatina Trocenſis ducendo fines inter Ducatum Litvaniæ & Diſtrictum Lˎucovienſem, in Palatinatu Lublinenſi, oſtendit ſcopulos per Nobiles hæredes in *Czepielie* & *Wielgoż Krzymoſze*, hæredes, ut illa dixit in fundo ſuo bonorum oppidi *Mordy* violenter factos, & petiit deoccupari fundum ſuum a prædictis ſcopulis, veluti in ea parte fluvii *Liwiec*, ubi eſt oppidum ſuum poſitos, ſeu locatos.

Ex alia parte præfati Nobiles de *Czepielie* & *Krzymoſze* hæredes, in Diſtrictu Lucovienſi conſiſtentes, annihilando & perimendo præfatam aſſertionem ipſius Dominæ Palatinæ Trocenſis, exhibuerunt Proceſſum Judiciarium ſufficientem Palatinatus Lublinenſis & Diſtrictus Lucovienſis Succamerialem Generoſi Domini ANDREÆ LASSOTA de *Lˎopiennik*, quo docuerunt prædictos ſcopulos non violenter, ſed ſervato Juris ordine legitime factos.

Præterea oſtendit alveum naturalem prædicti fluvii *Liwiec* ſiccum quidem ad præſens, ſed tranſitu propemodum difficilem & paludinoſum, quem fluvium ſcopulo ultimo aciali non attigerunt, verum ex iſta parte fluvii *Liwiec*, ubi ſunt bona illorum prædicta, ſe continuerunt.

Replicando Domina PALATINA per ſuos prædictos miſſos, dixit non fuiſſe eum naturalem alveum fluvii *Liwiec*, verum deduxit oſtenſionem alterius alvei, verſus orientem, & venit ad particulam alvei aquæ transverſaliter eminentis, in hæreditate *Radzikow Stopki* exiſtentis, & illic alveum naturalem fluvii prædicti eſſe allegabat.

Prædicti

Prædicti vero Nobiles teſtati ſunt ductionem præfatæ Palatinæ veluti Juri communi contrariam, iam in alieno fundo factam, ſe non ſuſcepiſſe, & ita utraq; pars a ſua ductione deſiit.

Villa Radzikow Stopki.

Omnes Nobiles in villis *Radzikowo Stopki* & *Kornicza* citro ultroque recognoverunt, ſe iam pridem ſuſcepiſſe medium fluvii *Liwiecz*, ſive alias medietatem pratorum & paludum inter bona ſua villarum prædictarum, & oppidum *Mordy*, Magnificæ Dominæ ELISABETH SAPIEZYNA Palatinæ Trocenſis in Ducatu Litvaniæ conſiſtentium illorumque ad præſens poſſeſſionem pacificam eam habuiſſe, quod ex parte ipſius Dominæ Palatinæ factores ſui ita eſſe etiam recognoverunt, & prædictam poſſeſſionem utrobique ſuſceperunt.

Conſequenter Nobiles Diſtrictus Lucovienſis in villis dictis *Radzikow Oczki*, *Radzikow Swieſzki*, & *Piory*, *Pythki*, *Oſtoie*, *Koſznow*, *Izdebki*, *Guzy*, & *Sobieże*, contra villas Ducatus Litvaniæ videlicet *Wola*, *Jayki*, *Skolimow*, *Beydy*, *Klimy*, *Dawidy*, *Szydłowka*, *Olſzanka Prochenki*, *Korczowatka*, duxerunt concorditer fines prædicto fluvio *Liwiecz* dicto, uſq; ad villam *Beydy*, ubi is ipſe fluvius *Liwiecz* fluere deſiit.

Hic Diſtrictus Drobicenſis ceſſavit & Mielnicenſis incipit.

Et deſcenderunt poſtea in dextram partem per planitiem *Smug* ſive *Bielawy* dictam, relinquendo villam *Oſtoie* Diſtrictus Lucovienſis in dextra parte, apud quam iterum fluvius *Liwiecz* remerſit, & naturali alveo fluere cæpit, & itum eſt concorditer ex ipſo fluvio ferme per medium miliare, donec ventum eſt ad prata ſeu planitiem magnam, latam, & longam inter Ducatum Litvaniæ, & Diſtrictum Lucovienſem communem, qua planitie ſive prato, itum eſt etiam ferme medio miliari, uſque ad aggerem longum *Przekop* dictum, ab utraq; parte pro finibus ſuſceptum, penes quem etiam aggerem eſt via publica, quæ ducit ex *Lukowo* ad *Mielnik*, & in eodem loco ANTONIUS SOBIECKI fecit magnam contentionem.

Ab eo-

Ab eodem aggere Nobiles KRZESCZY Diſtrictus Lucovienſis in *Weſola* Hæredes, duxerunt fines contra duas villas Litvaniæ *Kożuſzki* & *Luniewo*, in partem ſiniſtram ad quercum magnam. penes quam oſtenderunt monticulum pro ſcopulo, a quo iverunt per campum villæ *Kożuſzki* Domini ZABRZEZINSKI, poſtea per ſilvam, & venerunt in aggerem ſatis longum circiter quinque ſtadiorum, quem etiam dicebant reſpondere priori aggeri *Przekop* dicti, inde per ſilvam paludinoſam ſpatio unius quartæ miliarii, usq; prope campum villæ *Luniewo* in Ducatu Litvaniæ ſitæ; ibant enim in dextram partem ſpatio unius quartæ miliarii uſq; ad torrentem *Krzewicza* dictum, cujus medietate duxerunt uſque ad fines villæ *Grochowka* Polonorum; & hic ceſſaverunt a ſua ductione. In eorum locum ſucceſſerunt Nobiles in *Grochowka* & duxerunt contra villas Litvaniæ *Krzewica* & *Krzymoſzyce* dictas, eo ipſo torrente ſive fluvio *Cężewicza*, uſque ad fines villarum *Wyſokinin* & *Krzymoſze*, ad eum locum, ubi eſt ſcopulus a Nobilibus in *Grochowka* & *Wyſokinin* poſitus, & hic deſierunt a ſua ductione.

Generoſus Dominus IWAN CZYŻ Capitaneus Międzyrzecenſis Nomine Magnifici D. JOANNIS GRONOSTAY Theſaurarii Ducatus Litvaniæ, & Mareſchalci Curiæ, Caſtri *Międzyrzec* tenutarii, duxit fines inter Ducatum Litvaniæ & DiſtrictumLucovienſem, reſpondendo ductioni per Nobiles de *Weſola* & *Grochowka* factæ, incipiendo ab eodem aggere *Przekop* dicto, per ſilvam paludinoſam, & venerunt in aggerem dicto *Przekop* ſimilem, ſpatio quinque ſtadiorum, poſtea per ſilvam, & oſtenderunt imprimis arborem tiliæ cum ſigno inciſionis veluti limitali, poſtea aliam arborem tiliæ etiam cum inciſione, in qua & lapidem parvum invenerunt. Tandem per paludem uſq; ad fluvium ſive torrentem *Krzewicza*, cujus alveo duxerunt uſq; ad eum locum, ubi etiam coeunt fines villarum prædictarum, ubi eſt poſitus ſcopulus acialis a Nobilibus in *Grochowka* & *Wyſokinin*, & hic deſierunt ducere fines ſuos.

Ab eo loco Nobiles in *Wyſokinin Tęczki* Diſtrictus Lucovienſis duxerunt fines contra villam *Krzymoſzyce* Ducatus Litvaniæ in partem ſiniſtram, incipiendo a fluvio *Krzewica* per paludem *Dębowy ſmug* dictam, poſtea alia palude uſque ad pontem, per quem vadunt ad ſilvam ex villis *Krzymoſzyce* & *Wyſokinin Tenczki*, inde recte ad fluvium *Sienicza* prope villam prædictam *Krżymoſzyce*, & hic ceſſaverunt a ſua ductione.

Poſtea Nobiles in *Wyſokie*, *Jakuſze*, Diſtrictus Lucovienſis cum prædicta *Krzymoſzyce* incipientes ab eodem loco, ubi deſierunt WYSOKINSCY TĘCZKOWIE ducere, duxerunt fines prædicto fluvio *Sienicza* uſque prope fines villæ *Leſzczanka* Nobilium Diſtrictus Lucovienſis.

Ex alia parte villa *Krzymoſzyce* Ducatus Litvaniæ duxit fines prædicto fluvio *Krzewicza*, & poſtea alio fluvio *Sienicza* uſq; ad eum locum, ubi prædictus fluvius *Sienicza*, incidit in fluvium dictum *Mała krzna.*

Diſtantia differentiæ a villa prædicta *Wyſokinin Tęczki* ad villam *Krzymoſzyce* eſt in latitudine circiter tria ſtadia.

Bona Majeſtatis Regiæ cum Międzyrzec.

Poſtea Generoſus Dominus MÁTHIAS IWANOWSKI Vicecapitaneus Lucovienſis cum ſuis ſenibus viris grandævis & ſenio confectis ex parte bonorum, villarum Maieſtatis Regiæ *Trzebieſzowo*, & *Dombrowka*, ab eo fluvio *Mała krzna* deſcenderunt in partem ſiniſtram in planitiem magnam paludinoſam *Smug* dictam, & duxerunt fines medietate ipſius planitiei certam partem agrorum in dextra parte ad bona prædicta relinquendo, contra villas Ducatus Litvaniæ *Krzymoſzyce* & *Poſzczyce*, & alias; euntes iterum in prædictum fluvium *Mała krzna.* Cujus quidem fluvii medietate duxerunt in longum ſpatio duorum miliarium, fluvium in ſiniſtra parte relinquendo, uſq; pertranſientes Caſtrum *Międzyrzec* cum Suburbio, illudque in dextra parte ad villas prædictas Maieſtatis Regiæ relinquendo, venerunt

per

per aggerem in pontem, qui eſt inter Caſtrum & molendinum, & ſub eodem ponte, dicto fluvio *Mała krzna* fluentes, progreſſum continuaverunt in dextram partem, uſq; in eum locum, ubi is ipſe fluvius penes aliud molendinum ſub caſtro iacentem incidit in alium fluvium *Wielka krzna* dictum. Quo quidem fluvio *Wielka krzna*, retro aquam duxerunt iterum in partem ſiniſtram.

Incipiendo ab eodem molendino ſub caſtro jacente uſque ad eum locum ubi fluvius *Korza*, quem Litvani vocant *Soinka*, incidit in prædictum fluvium *Wielka krzna*, & poſtea ad planitiem paludinoſam *Bielia* dictam, ubi ſunt duo ſcopuli inſignes ſupra prædicto fluvio *Kozza* conſiſtentes. Inde recte eadem planitie iverunt uſque ad eum locum, ubi fines congrediuntur bonorum Majeſtatis Regiæ villæ *Dąbrowka* & villæ *Tuzow* Nobilium TUZOWSKICH in Diſtrictu Lucovienſi conſiſtentes, & oppidi *Międzyrzec* in Ducatu Litvaniæ conſiſtentes, & ſic ceſſaverunt fines bonorum Majeſtatis Regiæ villarum *Trzebieſzowo*, & *Dąmbrowka* cum bonis Litvaniæ *Międzyrzec*, ex alia parte Nobilis Dominus IWON CZYŻ Capitaneus Miedzyrzecenſis Nomine Domini ſui Magnifici Domini IWON HORNOSTAY Magni Ducatus Litvaniæ Theſaurarii, & Curiæ Mareſchałci, bonorum *Międzyrzec* Tenutarii moderni, cum ſuis ſenibus viris etiam grandævis, reſpondendoque prædictæ ductioni, quæ facta eſt ex parte bonorum Majeſtatis Regiæ villæ *Trzebieſzowo* & *Dąmbrowka*, incepit ducere fines inter Ducatum Litvaniæ & Diſtrictum Lucovienſem a finibus villæ prædictæ *Krzymoſzyce*, & a fluvio dicto *Krzna*, prope villam *Leſzczonka* Nobilium Diſtrictus Lucovienſis, & villam *Strzałki* Ducatus Litvaniæ conſiſtentes, & iniit recta ab eodem fluvio *Przekop*, dicta aquatica, uſque ad monticulum loco ſcopuli, in quo ſtat arbor alni, & poſtea dicta foſſa eundo oſtendit ſimiles monticulos ſive ſcopulos, uſq; ad campum villarum prædictarum *Strzałki* & *Leſzczonka*, ubi oſtendit certas foveas *Glinianki* dictas, & aſſerebat dictis foveis prædictam foſſam eſſe annihilatam; poſtea oſtendit duos truncos pinaticos aſſerens, illic olim fuiſſe arbores cum

ſignis limitalibus; ab iisdem truncis oſtendit foſſam notabilem *Row* dictam, ferme ſpatio quatuor ſtadiorum ſe protendentem, aſſerens dictam foſſam fuiſſe pro legitimis finibus inter Ducatum Litvaniæ & Diſtrictum Lucovienſem, inde vero duxit transverſaliter recte per agros Nobilium LESZCZYNSKICH Polonorum, uſque ad ſilvam alneaticam, ſub qua oſtendit foſſam notabilem ſpatio ſeptem paſſuum in longitudinem, eandem init per ſilvam lutoſam dictam DE̜BOWICKI, in qua aſſerebat & oſtendebat fore fluviolum transeuntem, qui fluit ex palude *Kania*, & abundantiam aquæ in eadem fuiſſe antiquis temporibus aſſerebat, tamen modo exſiccatum, tum in locis aliquibus aquam in eo eminentem oſtendit. Qua quidem ſilva lutoſa duxit fines ſuos penes villam *Dębowiczki* Regiæ Majeſtatis ad *Lukow* pertinentem, eandem in ſiniſtra parte relinquendo, & allegando iſtam villam eſſe in Fundo Litvanico Domini ZABRZEZINSKI locatam. Tandem ab ea villa duxit iterum eadem ſilva lutoſa DE̜BOWICKI ferme per unum & medium miliare in longitudinem, uſq; ad paludem dictam *Kania*, in qua ſunt prata Regiæ Majeſtatis villæ *Trzecieſzow*, & aſſerebat, quod ex eiſdem pratis, quondam foenum pro prædio Międzyrzecenſi accipiebatur. A qua quidem palude *Kania* nuncupata, duxit fines eadem ſilva lutoſa alneatica ad viam, quæ ducit de *Lukow* ad *Międzyrzec*, penes bona Nobilium MOSZYCKICH Diſtrictus Lucovienſis, & bona Maieſtatis Regiæ villæ *Brzozowica*, penes quam viam in parte dextra oſtendit foſſas, alias *Rowki*, quas aſſerebat eſſe *Przekop*, & ibidem oſtendit duos monticulos mediocres, penes quos aſſerebat cum ſuis ſenibus, quod quondam Reges Poloniæ ex *Lukow* ad *Międzyrzec* transeuntes a Conſiliariis, & Proceribus Magni Ducatus Litvaniæ excipiebantur, & a Polonis relinquebantur Litvaniæ.

Deinde duxit fines ab eisdem monticulis præfata ſilva lutoſa dicta *Kania*, & oſtendit arborem pinaticam, in qua ſunt tres inciſiones *Karbi* dictæ, quas aſſerebat eſſe pro ſigno mellificiali olim D. ZABRZEZINSKI. Deinde ab eadem arbore pyri eadem ſilva *Kania*

nia duxit uſque ad fluvium *Krźna*, qui fluit de *Lukow* ad *Międzyrzec*, quem fluvium fore nuncupabat *Chorza*, & non *Krżna*, penes quem fluvium pervenit ad villam Nobilium *Moſzycki* Polonorum, quam villam aſſerebat pertinere quondam ad bona *Międzyrzec* Litvaniæ, & ſervitium Caſtro Międzyrzecenſi exercere; Nobilis vero STANISLAUS LESZCZYNSKI ex parte præfatorum Nobilium affirmabat, præfatam villam in Diſtrictu Lucovienſi ab antiquo conſiſtere, uſque ad præſens, quam villam *Mościska* penes fluvium *Krzna* jacentem quæ *Korza* appellatur, eſſe adhuc Magnum Ducatum Litvaniæ uſque ad parietem villæ *Tuzow* Nobilium, ſed id aſſerebat ſibi non pertinere, ſed Capitaneo Brzeſtenſi. Et a prædicta villa *Moscisk*a duxit fines fluvio *Chozza* dicto, uſq; ad molendinum Regiæ Maieſtatis, ad villam *Kąkolewnicza*, pertinentem medietate dicti fluvii in partem dextram, & init ad alium fluvium parvum dictum *Soſinka* uſq; ad planitiem magnam *Soinka* dictam. Cujus medietate duxit fines inter Ducatum Litvaniæ & Diſtrictum Lucovienſem, uſque ad fines Villæ Maieſtatis Regiæ *Dąmbrowka* cum Nobilibus in *Tuzow* per certos Commiſſarios non pridem factos; & hic ceſſavit ducere fines cum bonis præfatis Majeſtatis Regiæ. Diſtantia utriusq; differentiæ eſt in latitudinem trium miliarium, in longitudinem vero circiter duorum miliarium, in ductione ex parte Regiæ Majeſtatis factæ. Manſerunt iſtæ villæ Domini olim ZABRZEZINSKI conniventia Capitaneorum in *Lukow* in ſolo Maieſtatis Regiæ violenter locatæ, videlicet: *Strzałki*, *Myſie*, *Jodlanka Przechody* cum Suburbio *Nowe miaſto* dicto, & Caſtro *Międzyrzec*. Præterea Senes Majeſtatis Regiæ dixerunt aliam villam *Oſtrowo* dictam, quæ locata erat per D. ZABRZEZINSKI ex Caſtro Lucovienſi, Capitaneatus olim Domini FELICIS ZIELINSKI eſſe depopulatam. Secus vero ex parte bonorum *Międzyrzec* dicebant in parte ductionis, quæ facta eſt ex parte Litvaniæ, non eſſe depopulatam, in qua ductione manſerunt iſtæ villæ *Dębowicki*, *Brzozowica* Regiæ Maieſtatis, & *Moſciska*, ac *Sokole* Nobilium MOSCICKICH cum borris & mellificiis ad dictas villas pertinenti-

nentibus. Adjacentes præfatam villam *Oſtrow* Nobilem quendam POSTRZYCH apud Nobiles KRZYMOSKIE emptionis Jure aſſequutum eſſe, domumq; illic ædificaſſe, & poſtea inde ſua ſponte immigraſſe ad villam *Poſzczysza*, unde exiverat.

Villa Turowo cum Oſtrowki.

Poſtquam deſitum eſt a ductione finium ex parte bonorum Majeſtatis Regiæ cum bonis Litvaniæ *Międzyrzec*, tum demum Nobiles TUROWSCY Diſtrictus Lucovienſis inceperunt ducere fines villæ *Turow* a primo ſcopulo in palude magna *Szoſuka* dicta, per certos Commiſsarios Majeſtatis Regiæ cum bonis villæ *Dąmbrowka* locato, & iverunt in partem ſiniſtram per ipſam paludem recte in borram, & euntes parvo ſpatio oſtenderunt arborem tiliæ, dictam *Lipa*, in quo olim ſuſpenſum furem quendam inſignem Domini ZABRZEZINSKI ſubditum, veluti (Jure omnium dictante) in loco, ubi coeunt fines Litvaniæ cum Diſtrictu Lucovienſi, moris etiam eſſe, quod in finibus ſemper ejuſmodi ſcelerum patratores patibulis addici ſolent. Inde ducebant ſpatio ferme medii miliarii, nulla ſigna limitum oſtendendo, agros tamen ex villa *Oſtrowki* Litvaniæ cultos in tribus locis prætereundo, oſtenderunt poſtea duo loca, quæ dicebant eſſe deputata ad judicandos fures mellificiorum, aut aliorum facinorum patratores, qui in Regno aut Ducatu Litvaniæ ſcelus aliquod patraverint; venerunt poſtea ad planitiem dictam *Szoſuka*, cujus medietate duxerunt fines, uſq; venerunt per agros ex villa Caſtri *Międzyrzec*, *Oſtrowki* dicta, cultos, ad montem *Gorka* dictum, & dixerunt illic convenire bona ſua cum villis *Sielanow* & *Uſtrzech* Generoſi Domini BARTHOLOMAEI KAZANOWSKI Judicis Terræ Lucovienſis; & hic a ſua ductione ceſſaverunt. Interrogati Senes quatuor teſtes Maieſtatis Regiæ ſubditi ſinguli ſeorſim, quid ſentirent de oſtenſione finium per TUROWSKIE facta? reſponderunt unanimes injuſtam eſſe, verum paludem prædictam *Szoſuka* Hæreditates præfatas, diſtingvi debere.

Ex alia

Ex alia parte Dominus IWAN CZYŻ Capitaneus *Międzyrzecensis*, cum suis Senibus duxit fines contra præfatam villam *Turow*, medietate planitiei, dicta *Szosuka*, incipiendo a scopulo insigni, secundo loco in eadem planitie locato, usq; ad certam fossam parvam, *Przekop* dictam, penes viam parvam transversalem, quæ ducit ex villa *Turow* ad *Worsza* Litvaniæ. Et hic cessavit a sua ductione.

Ostrowki Litvaniæ cum Sielanow & Ustrzech Poloniæ.

Ab eadem fossa, *Przekop* dicta, idem Dominus Capitaneus Miedzyrzecensis duxit fines villæ *Ostrowki* Ducatus Litvaniæ cum villis *Sielianow* & *Ustrzech*, Generosi Domini BARTHOLOMAEI KAZANOWSKI Judicis Terræ Lucoviensis medietate planitiei sive paludis *Temielno* dictæ, usq; ad lutum *Bielsko* dictum, & locum paludinosum *Okniska* dictum, ubi coeunt fines Litvaniæ cum bonis Poloniæ *Sielanowo* & *Ustrzech*, & ibi desiit a sua ductione.

Ex alia parte præfatus Dominus BARTHOLOMAEUS KAZANOWSKI Judex Terræ Lucoviensis villarum *Sielianow* & *Ustrzech* Hæres, suscepit pro finibus suis aliam medietatem ipsius paludis *Bielsko*, non tamen ad *Okniska*, sed ad scopulum acialem *Kierzek* dictum, in quo est arbor tiliæ, & qui dividit villas & hæreditates *Ustrzech*, *Branicza*, *Sbielintow* Poloniæ, & *Ostrowki* Litvaniæ; & hic cessavit a sua ductione.

Distantia inter ducentes circa finem est in latitudinem decem stadiorum.

Branicza Polonia contra Wohin.

Ab eodem scopulo *Kierzek* dicto, Nobiles de medietate villarum *Branicza* & *Zbielintowo* in Districtu Lucoviensi existentes, ADAM GUTH, & Dominicus, duxerunt fines inter Ducatum Litvaniæ & Districtum Lucoviensem per paludem *Bielsko* dictam, ad silvam *Siemicziesz* dictam, & iterum per borram parva via eundo usq; ad fluvium *Branka* dictum, ad eum videlicet locum, ubi est molendinum aquaticum Plebani in *Wohin*, & ubi Districtus Lucoviensis esse desiit &

Lubli-

Lublinensis incipit, & ubi coeunt fines medietatis villarum ipsarum *Branicza* & *Shielintow*, cum alia medietate ejusdem villæ *Branicza* in Districtu Lublinensi existente, Nobilium ANDREÆ & ADAM BRANICKICH; & hic ducere fines cessaverunt.

Ex alia parte Nobilis Dominus ALEXIUS SUMA Factor oppidi *Wohin* fines ostendere noluit, ex ea ratione, quia prioribus Revisoribus fines communes inter Regnum Poloniæ & Ducatum Litvaniæ, a tribus septimanis lustrantibus, videlicet Venerabili & Generosis Dominis, MATHIÆ VARGANTH Canonico Vladislaviensi, & MATHIÆ GORECKI Sacræ Maiestatis Regiæ Secretariis, VASSILONI CZYSZKOWICZ Mareschalco Litvaniæ, & ALBERTO NARBORTH Maiestatis Regiæ Notario, iam ostenderit, quod, ut dixit, facere incepit, a Palude *Bielsko* dicto, finium bonorum *Międzyrzec*, & duxit ea ipsa palude per aggerem parvum recte ad fluvium *Woinka* in fluvium *Bronka*, & postea ad piscinam *Luczewo*, ubi Districtum Lucoviensem desiisse dixit, ac testabatur eum scopulum *Kierzek*, fuisse inter bona Ducatus Litvaniæ *Międzyrzec* & *Wohin*, & silvam, per quam duxerunt Nobiles BRANICCII pertinere ad bona *Wohin*; Nobiles vero BRANICCII prædicti testati sunt, quia prædicti priores Revisores inceperunt exercere Officium Revisionis suæ a Districtu Lublinensi, bona vero prædicta sua in Districtu Lucoviensi existere, & tributa omnia laudata in *Lukow* pendere, prout certis quietationibus illius Officii coram Nobis exhibitis ita esse plane docuerunt.

Quatuor senes testes de villis *Branica* & *Sbielintow* interrogati videlicet MATHIAS LITWINEK, MATHIAS SZCZEPANEK, STEPHANUS NICOLAUS KOCZERGA, JOANNES LUKI HOHEY, JOANNES GUGALA Cmethones *in Branicza* & *Sbielintowo* deposuerunt certam scientiam se habere ex suis Prædecessoribus, veram & legitimam esse eam ductionem finium, quæ facta est a Dominis illorum, & parati sunt præstare Jus jurandum, si necessum fuerit.

Conclusio negotii commissi.

His ita peractis nullus deinceps erat, qui in Districtum Lublinensem

nenſem progredi, aut fines ad *Parczewo* ducere vellet. Jam enim hoc ipſum negotium per priores Reviſores Maieſtatis Regiæ, Venerabilem videlicet & Generoſos Dominos MATHIAM WARGAWSKI Canonicum Vladislavienſem, & MATHIAM GORECKI Maieſtatis Regiæ Secretarios, WASSILONEM CZYSKOWICZ Mareſchalcum Litvaniæ, & ALBERTUM NARBORTH Maieſtatis Regiæ Junioris Notarium, penes villam *Branicza* inceptum prius, & poſtea conſumatum erat. Quare & Nos ab executione ulterioris reviſionis finium nos hic neceſſario continuimus, & negotii ſuſcepti finem impoſuimus. Datum in ea medietate villæ *Branicza*, quæ conſiſtit in Diſtrictu Lucovienſi, feria tertia ultima, menſis Auguſti, Anno Domini 1546.

DOCUMENTA

In Wyſoki, Oſtrow, ſuper quinque Manſos.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos SIGISMUNDUS DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, nec non Terrarum Cracovienſis, Sandomirienſis, Siradienſis, Lancitiæ, Cujaviæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Culmenſis, Elbingenſis Pomeraniæ, &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis harum notitiam habituris, quia Nobilis Brietius MICHAEL de *Zaleſie*, ſuo, & ſuorum Cohæredum Nominibus Nobis ſupplicaverunt, quo in libris, ſeu metricis perpetuitatum Ducatus noſtri Maſoviæ Literas, ſeu notam Donationis quinque Manſorum menſuræ Culmenſis, in, & ſuper bonis *Wyſoki, Oſtrow*, in Diſtrictu Lomzenſi ſitis, ſibi quæri, ac pro parte ſua extradi mandare, authoritateq; noſtra confirmare dignaremur. Quæ quidem Literæ in Metrica Jlluſtris olim Domini JANUSSII Ducis Maſoviæ, Ruſſiæ &c. inventæ ſunt, ſub eo ipſo tenore verborum, ut ſequitur. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto, feria quinta ante Conductum Paſchæ proxima, in *Lomza*,

præſentibus Generoſis, & Nobilibus, Zawiſſio de *Kunradziecz* Vexillifero Plocenſi, Mareſchalco Curiæ, JOANNE de *Tyſzyno* Judice Lomzenſi, DACZBOGIO de *Podoſie* Tribuno Ciechanovienſi, & Capitaneo Lomzenſi, JACOBO de *Kzwień* Wiſzegradienſi, JOANNE KOZIEL de *Kamionka* Wiznenſi, Tribunis. Sereniſſimus Princeps JOANNES DEI Gratia Dux Maſoviæ, Ruſſiæ, &c. quinq; Manſos menſuræ Culmenſis, in, & ſuper bonis *Wyſoki Oſtrow*, iacentes, penes granicies *Buſzeniskie*, & *Czach* ex una parte, & rivulum *Danib* nuncupatum, parte ex altera, hæreditate in Diſtrictu Lomzenſi ſitis in longum & latum, cum omnibus, & ſingulis utilitatibus, fructibus, proventibus, emolumentis, obventionibusque generaliter univerſis, quibuſcunq; nominibus nuncupentur, nihil pro ſe, & ſuis Succeſſoribus reſervando, Nobilibus STANISLAO, JOANNI, MICHAELI, Filiis Januſſii de *Zaleſie*; ANDREÆ, & JACOBO Filiis ALEXII de eadem *Zaleſie*, & ipſorum Succeſſoribus legitimis dedit, donavit, & perpetue, & in ævum contulit; de quibus quidem quinq; Manſis præfati Nobiles ſervitia communia, more aliorum Nobilium, Domino Principi facere, & impendere tenebuntur. Nos itaq; SIGISMUNDUS Rex, prænominatæ ſupplicationi præfatorum Nobilium de *Zaleſie*, ut juſtæ & rationabili, benigne annuentes, Literas ſeu, notam infraſcriptam inventam deſcribi, & extradi fecimus, omniaq; & ſingula in eis contenta approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus, prout approbamus, ratificamus, & confirmamus; Decernentes illa robur debitæ, & perpetuæ firmitatis obtinere. In quorum tamen uſu & poſſeſſione antehac fuerunt, & ad præſens exiſtunt. In cujus rei teſtimonium Sigillum Noſtrum eſt appenſum. Datum Cracoviæ, feria ſexta ante Dominicam, Judica proxima; Anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo nono, Regni Noſtri Anno triceſimo tertio. Præſentibus ibidem Reverendo in Chriſto Patre Domino PETRO Epiſcopo Cracovienſi, nec non Magnificis, & Venerabilibus, PETRO KMITHA de *Wiśnicze* Palatino, & Capitaneo Cracovienſi, Regni noſtri Mareſchalco, Scepuſienſi, Premiſlienſi, & Colenſi

Colenſi Capitaneo, Nicolao de *Wolia*, Caſtellano Sandomirienſi, & Sereniſſimæ Conjugis noſtræ Magiſtro Curiæ, Sanocenſi, Lomzenſi, Viſnenſi Capitaneo, Samuele Macieiowski Regni noſtri Vice-Cancellario, & Decano Cracovienſi, & aliis quam plurimis fide dignis, ſincere, & fideliter dilectis. Datum per manus Magnifici Pauli de *Wolia* Regni Poloniæ Cancellarii, Burgrabii Cracovienſis, & Goſtinenſis Capitanei, Nobis ſincere dilecti.

NOBILIUM *in* TYSZKI.

Super Viginti Manſos.

IN Nomine Domini Amen. Ad memoriam rei ſempiternam. Boleslaus DEI Gratia Dux Maſoviæ, & Ruſſiæ Terrarum, nec non Varſzovienſis, Viſzegradienſis, Zakrocimenſis, Ciechanovienſis Dominus, & Hæres Czyrnenſis &c. Significamus tenore præſentium, tam præſentibus, quam futuris, harum notitiam habituris, quibus expedit generaliter univerſis. Quomodo coram Nobis perſonaliter conſtituti Michael, & Joannes germani de *Tyſzki*, ſani utroque exiſtentes ſpiritu, non compulſi, non coacti, nec aliquo dolo, vel fraude circumventi; ſed ipſorum mera, & ſpontanea voluntate, amicorumq; ipſorum maturis, ſalubribuſq; freti conſiliis, viginti manſos ipſorum menſuræ Culmenſis, ſuper flumen *Jabloni*, *Swierczewo*, *Siedlisko*, alias *Tyſzki* nuncupatos, in Diſtrictu Varſzovienſi, prope *Zambrowo* ſituatos, in longum & latum, veluti hujuſmodi viginti manſi in ſuis metis, ſignis, gadibus, & limitibus, ſunt circumferentialiter diſtincti & limitati, & quemadmodum ipſos ſoli tenuerunt, habuerunt, & poſſederunt, nihil omnino Juris, proprietatis, aut Dominii pro ipſis, aut Succeſſoribus ipſorum reſervantes, in eiſdem Matthiae, & Nicolao Fratribus de *Kraiewo*, pro centum ſexagenis groſſorum, monetæ communiter in Terra noſtra currentis, vendiderunt perpetue, & in ævum. Voce irrevocabili reſignantes cum omnibus, & ſingulis, utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, cenſibus, emolumentis, & obventionibus, generaliter

universis, quibuscunq; nominibus nuncupentur, ad præsens in dictis viginti mansis existentibus, & qui, vel quæ, divina favente Clementia per humanam industriam reperiri poterint quomodolibet in futuro; sit igitur licitum prænominatis MATHIAE & NICOLAO, eorumque legitimis Successoribus hujusmodi viginti mansos cum præscriptis utilitatibus, tenere, habere, regere, gubernare quiete & & pacifice, perpetuisq; temporibus possidere, nec non vendere, commutare, dare, donare, obligare, alienare, & ad usus ipsorum & Successorum eorum beneplacitos convertere, prout ipsis, aut ipsorum Successoribus legitimis melius & utilius videbitur expedire. Nostra tamen nostrorumq; Successorum voluntate, more solito, principaliter requisita de præmissis. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum Majus de nostra certa scientia præsentibus est appensum. Actum & datum in *Lomza*, die Sabbatho, in Vigilia Sancti LUCAE Evangelistæ, Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono. Præsentibus Strenuis Nobilibusq; Dominis DERSLAO de *Podoszne* Castellano Wyssogrodiensi, BORUTA de *Falanty* Vexillifero Varsaviensi, JOANNE ROGALA de *Wangrzynowo* Curiæ Nostræ Mareschalco, JOANNE de *Wanszowo* Judice, JACOBO Subiudice Lomzensi, aliisq; quam pluribus nostris fidelibus fide dignis testibus circa præmissa. Scriptum per manus STEPHANI NICOLAI de *Mniszewo* Præpositi Varsaviensis, & Canonici Płocensis Ecclesiarum, Nostræ Curiæ Cancellarii, qui præsentia habuit in Commissis.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos BOLESLAUS DEI Gratia Dux Masoviæ & Russiæ Terrarum, nec non Varsaviensis, Viszegradiensis, Zacroczymensis, Ciechanoviensis Dominus, & Hæres Czyrnensis &c. Ad notitiam universorum tam præsentium quam futurorum, quorum interest, deducimus, & deduci volumus per præsentes. Quod licet præclarus Princeps Dominus JANUSSIUS Dux Masoviæ olim, Avus noster Charissimus divæ

recorda-

recordationis, viginti manſos menſuræ Culmenſis, in vertice fluminis *Damb* prope Lomzam jacentes, Nobili MARCISSIO Patri SAMBORY KOLAKONIS, & THOMÆ, ob reſpectum ſuorum ſervitiorum donaverat gratioſe ad communia ſervitia; tamen prædicti SAMBORY KOLAK & THOMAS coram Nobis conſtituti, lugubriter expoſuerunt, quodam caſu exuberante fortuito, Privilegium ſuper eoſdem viginti manſos perdiderunt & amiſerunt, petentes humillime, ut ipſorum Privilegium ſuper Donationem prædictam innovare, & reſtaurare dignaremur. Nos vero petitionibus eorum favorabiliter acclinati, recepta tamen penitus de præmiſſis informatione ſufficienti, Donationem hujusmodi ratam, & gratam habentes, prædictis SAMBORIO KOLAKONI, & THOMAE cum ipſorum legitimis Succeſſoribus, de innata Nobis clementia eoſdem, viginti manſos noſtri veri Ducatus & Dominii damus, donamus, aſcribimus, appropriamus, & in verum titulum hæreditarium ex nunc conferimus gratioſe, perpetue & in ævum, cum omnibus & ſingulis utilitatibus, fructibus, proventibus, cenſibus, reditibus, & obventionibus generaliter univerſis, ad præſens in dictis viginti manſis exiſtentibus, & in futurum per diſcretionem humanam quomodolibet adveniendis; mellificiis tamen, ſive apiſteriis in eiſdem manſis exiſtentibus duntaxat exceptis, quæ pro Nobis & noſtris Succeſſoribus plenarie reſervamus, per ipſos & Succeſſores eorum tenendos, habendos, regendos, gubernandos quiete ac pacifice, temporibus perpetuis poſſidendos, nec non vendendos, commutandos, obligandos, donandos, alienandos, & ad uſus ſuos beneplacitos convertendos, prout ipſis legitimis Succeſſoribus melius, & utilius videbitur expedire, cum noſtra & noſtrorum Succeſſorum voluntate, more ſolito, principaliter acquiſita in præmiſſis. Præterea prædicti SAMBORIUS KOLAK, & THOMAS cum ipſorum Succeſſoribus, in recompenſam hujuſmodi donationis & gratiæ, ad quamlibet expeditionem noſtram ſuper equo in valore quatuor ſexagenarum, cum baliſta, in pancerio, & ſubcaleptia, vulgariter *Kłobuczek* dicta, de qui-

 buslibet

buslibet decem mansis, Nobis, & nostris Successoribus equitare, & servire teneantur, aliaque omnia communia servitia, sicut cæteri Terrigenæ in similibus bonis locati, faciunt, facient, & impendent, toties, quoties fuerit opportunum. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum majus, de nostra certa scientia, præsentibus est appensum. Actum, & datum in *Lomza*, feria quinta in crastino Sanctorum PETRI & PAULI Apostolorum, Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto. Præsentibus Strenuissimis, & Nobilibus Viris, JOANNE Judice Lomzensi, JOANNE ROGALA Wiszegradiensi, DERSLAO de PODOSIE Zakrocimensi, Vexilliferis, NICOLAO GIEMZA Czernensi, MICHAELE Varsaviensi, Succamerariis, & aliis quam plurimis nostris fide dignis ad præmissa testibus. Scriptum per manus STEPHANI NICOLAI de MNISZEWO Præpositi Varsaviensis, & Cancellarii Curiæ nostræ, qui præsentia habuit in commissis.

Nobilium in Jabłonowo.

In Nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. BOLESLAUS DEI Gratia Dux Masoviæ, & Russiæ Terrarum, nec non Varsaviensis, Wiszegradiensis, Zakrocimensis, Ciechanoviensis Dominus, & Hæres Czernensis &c. Significamus tenore præsentium, tam præsentibus, quam futuris harum notitiam habituris, quibus expedit, generaliter universis. Quomodo coram Nobis personaliter constituti JOANNES, JACOBUS, & MATHIAS de *Sonstino*, sani utroq; existentes spiritu, non compulsi, non coacti, nec aliquo dolo, velfraude circumventi, sed ipsorum mera & spontanea voluntate, amicorumque eorum maturis, salubribusque freti consiliis, decem mansos ipsorum mensuræ Culmensis, in *Jabłonowo* Hæreditate, in Districtu Varsaviensi prope Lomzam, super fluvium *Jabłoni* situata, in longum & latum, veluti hujusmodi decem mansi, in suis metis, signis, gadibus, & limitibus sunt circumferentialiter distincti, & limitati, & quemadmodum ipsi soli tenuerunt, habuerunt, & possederunt, nihil omni-

hil omnino Juris, proprietatis, aut dominii prò ipsis, aut ipsorum Successoribus reservantes in eisdem, AEGIDIO, alias IDZIK de *Dambniki*, pro octodecem sexagenis grossorum monetæ communiter in terra nostra currentis, vendiderunt perpetue, & in ævum, voce irrevocabili resignantes, cum omnibus, & singulis utilitatibus, Juribus, ac fructibus, proventibus, censibus, emolumentis, & obventionibus generaliter universis, quibuscunq; nominibus nuncupentur, ad præsens in dictis decem mansis existentibus, & qui, vel quæ, divina favente Clementia, per humanam industriam reperiri poterint, quomolibet in futuro. Sit igitur licitum prænominato AEGIDIO, ejusq; Successoribus legitimis, hujusmodi decem mansos præscriptis utilitatibus, & Juribus, tenere, habere, regere, gubernare, quiete, pacifice, perpetuisque temporibus possidere, nec non vendere, commutare, dare, donare, obligare, alienare, & ad usus suos, & suorum Successorum beneplacitos convertere, prout sibi, aut suis Successoribus legitimis, melius, & utilius videbitur expedire, nostra, tum nostrorum Successorum voluntate, more solito, principaliter requisita de præmissis. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrum majus, de certa nostra scientia, præsentibus est appensum. Actum & datum in *Lomza*, feria quinta in Octava Epiphaniæ Domini. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo. Præsentibus Nobilibus Dominis, ZIEMAK Ciechanoviensi, JOANNE de WANSOWO Lomzensi, Judicibus. NICOLAO a GORKA Succamerario Zakrocimensi, PETRO KOŻUCHOWSKI, PAULO TABOR de *Powsino*, Aulicis nostris, aliisq; quam plurimis nostris fidelibus, fide dignis testibus circa præmissa. Scriptum per manus STEPHANI de MNISZEWO Præpositi Varsaviensis, & Canonici Plocensis, Curiæ nostræ Cancellarii, qui præsentia habuit in commissis.

NOBILIS THOMAE in Fascze.

CONRADUS DEI Gratia Dux Masoviæ, Russiæ &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit, generaliter universis, quia

de libro

de libro Judicii Lomzensis facta est Nobis plena fides. Quomodo de Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo Septimo ex Juris Decreto Nobilis STEPHANUS, MATHIAS OLK sub pæna quinquaginta, alias *pięćdziesiąt*, Nobili THOMÆ FASCZA ad duas septimanas debent, & dividere, & emensurare duos mansos mensuræ Culmensis, in hæreditate *Fascze*, secundum Jus ipsius, penes aream, in qua prius residebat, & hoc omnes consenserunt, & loco istorum duorum mansorum dicti Nobiles STEPHANUS, MATHIAS debent dare duos mansos mensuræ Culmensis in hæreditate *Jabłoni*, in portionibus suis, quæ eis perpetua divisione cesserunt, Nobilibus OLKOWY ANDREÆ, loco hujus, & circa liberum respondere, perpetuum silentium eisdem imponimus, & sibi perpetuam tenutam quiete & pacifice. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum mediocre est præsentibus subappensum. Actum & datum in *Lomza* Sabbatho post Festum Sancti FRANCISCI Confessoris; anno Domini millesimo quingentesimo primo.

Rescriptum Nobilium FASCZE *&* JABLONSKIE *Dimissionis.*

Termini communes Lomzenses feria secunda ante Sancti STANISLAI Martyris, in præsentia BARTHOLOMÆI Judicis, PAULI KISIELNICKI, & aliorum, de anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, Nobiles ANDREAS & ALEXIUS MATHIAS & STEPHANUS Germani de *Jabłoni* constituti personaliter, palam recognoverunt, quia de bona voluntate inter se perpetuam divisionem fecerunt in hunc modum. Quia Nobiles ANDREAS & ALEXIUS germani tenebunt hæreditatem in *Fascze* penes STEPHANI de KRAIEWO, & TROIANI de ZEGADLI granicies, & usq; in ibi, ubi *Trzcianka* defluxit in fluvium *Jabłoni*, usq; ad verticem fluvii *Brok*, & Nobilis MATHIAS & STEPHANUS tenebunt hæreditatem *Swieczewo*, prout est in suis graniciebus, perpetuo & in ævum. Etiam, si aliquis vicinorum aliquem ex ipsis vexaverit, tunc omnes unanimiter sese opponere tenebuntur, & si,

quod

quod absit, dicta bona ipsis MATHIÆ, & STEPHANO quovis modo alienarentur, tunc apud hæredes e converso in *Fascze* æqualem habebunt portionem, & e converso; & hæc inviolabiliter inter se debent observare, sub vadio decem sexagenarum in mediis grossis, medium Ducatui, & medium parti injuriam passæ, & circa Librum responsuri.

Privilegium Nobilium de Romani ZAREMBI *super triginta Mansos.*

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam JOANNES DEI Gratia Senior Dux Masoviæ, & Russiæ Terrarum Dominus, & Hæres Czernensis. Significamus tenore præsentium, quibus expedit, tam præsentibus, quam futuris per hæc scripta. Quod consideratis, & inspectis personis, ac fidelibus servitiis Nobis per JOANNEM TIBURCIUM SAPSOFONEM, JANUSSIUM, & NICOLAUM, Hæredes de *Romani* exhibitis fideliter, & impensis, & in posterum, Charissimo Duce per ipsos, & ipsorum pueros, eo celerius Nobis, & nostris Successoribus impendendis, ipsis præmissorum meritorum ob respectum, & ipsorum pueris, triginta mansos mensuræ Culmensis, *Rossochate* vulgariter dictos, super fluvio, *Malibrog* vulgariter dicto, cum utraq; ripa fluvii ejusdem, prope a *Nur* sitos in longum & latum, veluti prædicti triginta mansi sunt limitati, & distincti, dedimus, damus, donamus, adscribimus, appropriamus, & in verum titulum hæreditarium ex nunc gratiose conferimus, perpetue & in ævum, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, censibus, usibus, & obventionibus generaliter universis, quibuscunq; nominibus vocitentur, ad præsens cum dictis mansis existentibus, & in posterum Charissimo Duce accrescendis, mellificiis sive apisteriis duntaxat exceptis, quæ pro Nobis & Nostris Successoribus reservamus. Sit igitur licitum prædictis nostris fidelibus, & ipsorum posteris triginta mansos prædictos tenere, habere, regere, gubernare, ac pacifice,

& quiete, temporibus perpetuis poſſidere, nec non vendere, commutare, donare, alienare, obligare, & ad uſus ſuos beneplacitos, & ſuorum puerorum convertere, prout ipſis, & ipſorum pueris melius & utilius videbitur expedire; noſtra ſiquidem, noſtrorumque Succeſſorum voluntas more ſolito requiri debet in præmiſſis. Præterea prædicti noſtri fideles, & ipſorum pueri in recompenſam hujus donationis, de quibuslibet decem manſis, ad quamlibet expeditionem, in equo valoris quatuor ſexagenarum, in pancerio, cum baliſta, & ſubcaleptia, *Kłobuczek* vulgariter dicta, equitare, & cætera omnia communia ſervitia impendere, prout alii Terrigenæ in ſimilibus bonis locati facere & impendere conſveverunt, ſint aſtricti, toties quoties fuerit opportunum; & ut prædicti triginta manſi, eo citius valeant collocari, & in uberiores converti fructus, ipſos de Jure Polonico in Jus Teutonicum, quod Culmenſe dicitur, transferimus, & tranſmutamus, cum omnibus diſpoſitionibus, punctis, articulis, & clauſulis univerſis. Verum, quia pro hujusmodi Juris Datore, donatione, omnes & ſinguli Incolæ triginta manſorum prædictorum ſingulis annis, perpetuisq; temporibus, de quolibet manſo culto & poſſeſſo ad quodlibet Feſtum Beati MARTINI Confeſſoris, & Epiſcopi Venerandi, per octo groſſos Pragenſes Nobis, & noſtris Succeſſoribus dare, & ſolvere teneantur; in cujus recompenſam volumus, quod omnes & ſinguli Incolæ manſorum prædictorum, ab omnibus noſtris ſolutionibus, exactionibus, contributionibus, laboribus, & ſpecialiter ab his, quæ ſequuntur: *Sep, Obzarz Narzaz*, *porco*, *vacca*, *ariete*, *pozewne*, *nieſtane*, *poboz*, *Pſarskie*, *Sokolne*, *Bobrowe*, *Przewod*, *Stroza*, & a cæteris collectis gravaminibus ipſius Juris Polonicalis, angariis, & præangariis generaliter univerſis ſint ſoluti, liberi penitus, & exempti; Caſtrorum Noſtrorum quorumlibet laboribus exceptis, ad quos Incolæ manſorum prædictorum, una cum aliis Incolis in ſimili Jure locatis tranſire tenebuntur, toties quoties fuerit opportunum; eo etiam præſertim excepto, quod, cum nuptias noſtras,

aut

aut puerorum noſtrorum ſexus utriuſq;, Nos Divina diſpoſitione celebrare, aut terram noſtram redimere, aut aliam emere, vel, quod abſit, Nos, aut quempiam ex Filiis noſtris, captivitatem incurrere contigerit, tunc volumus, quod Incolæ prædicti tantam & talem Nobis, Succeſſoribusq; noſtris perſolvant exactionem, quantam, & qualem ſuper alias villas, in æquali Jure locatas, generaliter duxerimus imponendam. Præterea abſolvimus Incolas manſorum prædictorum ab omnibus Judiciis noſtris omnium Judicum, & Subjudicum noſtrorum, Palatinorum, Caſtellanornm, Officialium, & Miniſterialium quorumcunq; ſic, quod de cætero per eosdem non judicentur, nec citentur, & citati, non compareant pæna eoſdem nulla ſequente, niſi coram prænominatis noſtris fidelibus, & ipſorum pueris, aut eorundem ſculteto, jure proprio Teutonico, unicuique reſpondebunt. Item damus prædictis noſtris fidelibus & ipſorum pueris, quod, quotiescunq; & quandocunq; Incolæ Manſorum prædictorum mutuo ſe occiderint, toties integram pænam hujusmodi capitis, pro ſe tollant, cum vero proprius extraneum, aut extraneus ipſorum proprium Incolam interemerit, tunc medietatem hujuſce modi pænæ capitalis pro ſe tollent, recipient, & levabunt. Item damus prædictis noſtris fidelibus, & ipſorum pueris, omnes cauſas tam magnas, quam parvas, criminales, & Civiles judicare; carceres & patibula erigere, omnes exceſſus, & delicta punire, æqualitatem pænæ pro æqualitate criminis imponendo, licet vindicta ſanguinis mutilationem membri, aut ultimum ſupplicium exigat vel depoſcat. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum majus præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in *Ciechanow*, feria tertia poſt Feſtum Sancti FRANCISCI, ſub anno milleſimo quadringenteſimo decimo nono. Præſentibus ibidem ſtrenuis ac Nobilibus Viris Dominis &c.

Item præfati Nobiles.

Exhibuernnt ſufficiens Privilegium Jlluſtris olim Domini BOLESLAI, DEI Gratia, Ducis Maſoviæ &c. de data in *Lomza*, feria

quinta ante Dominicam: Ramis Palmarum, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, super viginti mansos mensuræ Culmensis bonorum *Kramkowo* vulgariter nuncupatorum, &c.

Eorundem Nobilium in Zarembi.

Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, feria tertia in crastino Circumcisionis Domini, in Varsavia, præsentibus Dominis JOANNE Palatino Masoviæ, Dobrogostio Varsoviensi, DERSLAO Viszegradiensi, ANDREA Zakrocimensi, NICOLAO Ciechanoviensi, Castellanis; Dominus Dux ratione Kniciorum impensorum, & impendendorum, donavit quinq; mansos mensuræ Culmensis silvæ *Latetowo*, sui veri Ducatus, & Dominii, a graniciebus PAULI, LUCÆ, MATHIÆ, & STANISLAI Germanorum de *Czampkowo*, ad granicies Litvanicales in Districtu Varsoviensi prope *Nur* sitos, prædictis PAULO, NICOLAO, MATHIÆ & STANISLAO de *Czampkowo*, & eorum Posteris perpetuo & in ævum, cum omnibus utilitatibus, mellificiis exceptis.

Ex metrica Terrestri Domini Ducis BOLESLAI *Rescriptum sub Signeto Ducali.*

Privilegium super viginti mansos NICOLAI, & JOANNIS RAMBISZEWSKICH.

In Nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. BOLESLAUS DEI Gratia Dux Masoviæ & Russiæ Terrarum, nec non Varsoviensis, Viszegradiensis, Zacrocimensis, & Ciechanoviensis Dominus, & Hæres Czernensis, &c. Significamus tam præsentibus, quam futuris, harum notitiam habituris, quomodo considerratis & inspectis personis & fidelibus servitiis, Nobis per JOANNEM, & NICOLAUM germanos de *Rambiszewo* exhibitis, & impensis, & in posterum, una cum ipsorum liberis eo celerius Charissimo Duce impendendis, præmissorum meritorum ob respectum, ipsis

ipſis, & ipſorum univerſis Succeſſoribus legitimis, viginti manſos menſuræ Culmenſis ex utraq; parte rivuli *Zembrzycza* jacentes, *Rambiſzewo* nuncupatos, inter granicies *Faſzczyny Wzdziałkowskie*, & *Ruteni* ſituatos, in longum & latum, veluti dicti viginti manſi in ſuis metis, graniciebus, & limitibus ſunt diſtincti, & limitati, dedimus, donamus, donavimus, adſcribimus, appropriamus, & in verum titulum hæreditarium ex nunc gratioſe conferimus, perpetue, & in ævum, cum omnibus, & ſingulis utilitatibus, fructibus, proventibus, cenſibus, redditibus, & obventionibus generaliter univerſis, quibuſcunque nominibus nuncupentur, ad præſens in eiſdem exiſtentibus, & qui, vel quæ per induſtriam humanam accreſcere poterint, quomodolibet in futuro; mellificiis ſive apiſteriis duntaxat exceptis, quæ pro Nobis, & noſtris Succeſſoribns, ex integro reſervamus. Ideo ſit licitum præfato JOANNI, & NICOLAO, & ipſorum Succeſſoribus legitimis, dictos viginti manſos tenere, habere, regere, gubernare, quiete & pacifice temporibus perpetuis poſſidere, nec non vendere, commutare, donare, alienare, obligare, & ad uſus ſuos beneplacitos convertere, prout ipſis, & ipſorum pueris legitimis melius, & utilius videbitur expedire; Noſtra tamen & noſtrorum Succeſſorum voluntate principaliter requiſita in præmiſſis. Præterea nominati JOANNES & NICOLAUS, in recompenſam hujus donationis, & gratiæ, de quibuslibet decem manſis, ad quamlibet expeditionem, in equo, valoris quatuor ſexagenarum, in pancerio, cum baliſta & ſubcaleptia, *Kłobuczek* vulgariter dicta, equitare, & cætera ſervitia impendere, prout alii Terrigenæ in ſimilibus bonis locati facere, & impendere conſveverunt, ſint adſtricti, toties quoties opus fuerit opportunum. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum majus, de noſtra certa ſcientia, præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in *Łomza*, feria tertia, in feſto Sancti VITI Martyris. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto, Præſentibus ſtrenuo & Nobilibus Viris BORUTA, Vexillifero Varſovienſi, SANDEONE Ciechanovienſi,

vienſi, MICHAELE Varſovienſi, Succamerariis, & PETRO Tribuno Viſzegradienſi, aliisque quam plurimis noſtris, fidelibus fide dignis, & Cancellarii Curiæ noſtræ, qui præſentia habuit in commiſſis.

Nobilium KUTYLOWSKICH ſuper quadraginta Manſos.

In Nomine Domini Amen. Ad memoriam rei ſempiternam. BOLESLAUS DEI Gratia Dux Maſoviæ & Ruſſiæ Terrarum, nec non Varſovienſis, Viſzegradienſis, Zacrocimenſis, Ciechanovienſis Dominus, & Hæres Czynenſis &c. Significamus tenore præſentium, tam præſentibus, quam futuris, harum notitiam habituris, quibus expedit, generaliter univerſis. Quia, conſideratis & inſpectis fidelibus ſervitiis Nobis per fideles noſtros PETRUM, JOANNEM, & CLEMENTEM, germanos de *Mcziecheno*, exhibitis, & in poſterum aucto fidelitatis ſtudio, Nobis & noſtris Succeſſoribus, una cum ipſorum poſteris eo celerius impendendis, horum meritorum ob reſpectum, ipſis, & ipſorum pueris legitimis, hæreditatem quadraginta manſos menſuræ Culmenſis in ſe continentem, noſtri vero Ducatus, & Dominii, in ſilva *Lantow*, ſuper *Dokudowo* in Diſtrictu Varſavienſi, prope a *Nur* ſituatam in longum, & latum veluti prædicta hæreditas, ſeu quadraginta manſi, in ſuis metis, ſignis, & limitibus, circumferentialiter eſt diſtincta, & ſunt diſtincti, dedimus, damus, donamus, aſſcribimus, appropriamus, & in verum titulum ex nunc gratioſe conferimus, perpetue & in ævum, cum omnibus, & ſingulis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, cenſibus, emolumentis & obventionibus generaliter univerſis, quibuſcunq; nominibus nuncupentur, ad præſens in eadem hæreditate exiſtentibus, & qui, vel quæ per humanam induſtriam divina favente Clementia, reperiri poterint quomodolibet in futurum. Quare ſit licitum prædictis PETRO, JOANNI & CLEMENTI, & ipſorum pueris legitimis, dictam hæreditatem, ſeu quadraginta manſos, tenere, habere, regere, gubernare, quiete, & pacifice, perpe-

perpetuis temporibus poſſidere, nec non vendere, dare, commutare, donare, alienare, obligare, & ad uſus ſuos beneplacitos convertere, prout ipſis, & ipſorum Succeſſoribus legitimis melius, & utilius videbitur expedire; Noſtra tamen & noſtrorum Succeſſorum voluntate, more ſolito, principaliter requiſita, de præmiſſis mellificiis ſive apiſteriis in eisdem quadraginta manſis exceptis, quæ pro Nobis & noſtris Succeſſoribus plenarie reſervamus. Præterea prædicti PETRUS, JOANNES, & CLEMENS, & ipſorum legitimi Succeſſores, in recompenſam hujusmodi donationis, & gratiæ, ad quamlibet expeditionem noſtram, in equo valoris quatuor ſexagenarum, cum baliſta, in pancerio, & ſub caleptia, vulgariter *Klobuczek* dicta, de quibuslibet decem manſis, Nobis, & noſtris Succeſſoribus, equitare & ſervire teneantur. Aliaq; omnia communia ſervitia, ſicut cæteri Terrigenæ in ſimilibus bonis locati faciunt, & facere conſveverunt, facient, & impendent, toties quoties fuerit opportunum. Et ut prædicti quadraginta manſi, ſeu Hæreditas, eo celerius collocari, & ad utilitates perduci valeant ampliores, ipſos de Jure Polonico, in Jus Teutonicum, quod Culmenſe dicitur, ex nunc transferimus, & transmutamus, cum omnibus diſpoſitionibus, conditionibus, punctis, articulis & clauſulis generaliter univerſis. Verum, quia pro hujusmodi Juris, & gratiæ donatione, omnes & ſinguli Cmethones, ſive Incolæ dictorum quadraginta manſorum, ſingulis annis, perpetuiſq; temporibus, de quolibet manſo culto & poſſeſſo, ad quodlibet Feſtum Beati MARTINI Confeſſoris, & Epiſcopi Glorioſi, per octo groſſos latos Pragenſes, ratione annualis penſionis, Nobis & noſtris Succeſſoribus dare, & ſolvere debebunt, & teneantur: in cujus recompenſam volumus, quod Incolæ præfatorum quadraginta manſorum ab omnibus, & ſingulis noſtris ſolutionibus, contributionibus, exactionibus, vexationibus, laboribus, cenſibus, & acciſis, collectis gravaminibus, ipſius Juris Polonicalis, angariis, & præangariis generaliter univerſis, ſint ſoluti, liberi penitus, & excepti. Caſtrorum noſtrorum quorumlibet

laboribus duntaxat exceptis, ad quorum operam, una cum aliis Incolis in ſimili Jure Teutonico Culmenſi locatis, tranſire tenebuntur, toties quoties fuerit opportunum; eo etiam præſertim excepto, quod, cum nuptias noſtras, aut puerorum noſtrorum ſexus utriusq; Nos divina diſpoſitione celebrare, aut terram redimere, vel etiam emere, aut, quod abſit, Nos, ſeu quempiam ex Filiis noſtris, captivitatem incurrere contigerit, tunc volumus, quod Incolæ prædicti tantam & talem Nobis, Succeſſoribusq; noſtris perſolvant exactionem, quantam, & qualem ſuper alias villas, in æquali Jure locatas, generaliter duxerimus imponendam. Præterea abſolvimus Incolas manſorum prædictorum ab omnibus Judiciis noſtris omnium Judicum, & Subjudicum noſtrorum, Palatinorum, Caſtellanorum, Officialium, & Miniſterialium quorumcunq; ſic, quod de cætero per eosdem non judicentur, nec citentur, & citati non compareant, pœna eoſdem nulla ſequente, niſi coram prænominatis noſtris fidelibus, & ipſorum pueris, aut eorundem ſculteto, Jure proprio Teutonico, unicuique reſpondebunt. Item damus prædictis noſtris fidelibus & ipſorum pueris, quod, quotiescunque, & quandocunque Incolæ dictorum quadraginta manſorum ſe mutuo occiderint, toties integram pœnam hujuſmodi capitis pro ſe recipient. Cum vero proprius extraneum, aut extraneus proprium Incolam ipſorum interemerit, ex tunc medietatem hujuſcemodi pœnæ capitalis pro ſe tollent, recipient & levabunt. Etiam damus dictis noſtris fidelibus, & ipſorum Succeſſoribus legitimis, infra granicies dictorum quadraginta manſorum, omnes Cauſas tam magnas, quam parvas, criminales, & Civiles judicare, carceres, & patibula erigere, omnes exceſſus, & delicta punire, æqualitatem pœnæ, pro æqualitate criminis imponendo, licet vindicta ſangvinis effuſione, mutilationem membri, aut ultimum ſupplicium exigat, vel depoſcat. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum majus, de certa noſtra ſcientia, præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in *Nur*, feria quarta] proxima poſt Octavas Epiphaniæ, Anno Domini milleſimo quadrin-

quadringentesimo tricesimo quinto. Præsentibus Strenuo, Nobilibusq; JOANNE GLOWACZ de *Lanczewicze* Mareschalco nostro, Ziemakone de *Czaksino* Ciechanoviensi, MATHIA de *Czyszewo* Nurensi, Judicibus, CRISTINO Subjudice Nurensi, & PETRO PIERZCHALA Tribuno Wiszegradiensi, aliisq; quam plurimis nostris fidelibus, fide dignis testibus ad præmissa. Scriptis testibus per manus STEPHANI NICOLAI de *Mniszewo* Præpositi Varsaviensis, & Cancellarii nostri, qui præsentia habuit in commissis.

JOANNES, DEI Gratia, Dux Masoviæ, Russiæ &c. Generosi Fideles nostri dilecti. Expositum est Nobis, quomodo providus MIKOSZ, Advocatus in *Kutylowo*, in partibus Russiæ certa bona emit, ibiq; residet, qui Advocatus certa bona Ducalia, ac granicies *Kutylowo* de censu annuo tenuit, & iisdem fruebatur, per cujus recessum in aliam terram, eadem bona Ducalia vacant modo, & infructifera existunt. Requirimus igitur Tuæ Fraternitati, ut eadem bona vacantia Nobilibus CLEMENTI, STEPHANO, JACOBO, MICHAELI, STANISLAO, & NESTIBORIO de *Kutylowo* in Tenutam committat, salvo salario, prout cum eisdem & conferre,, & contractare poterit, quantum dare debeant, ne eadem bona vacantia, ex se nihil fructus afferant. Datum in *Lomza*, feria quarta ante Sancti STANISLAI Martyris & Episcopi venerandi, Anno 1434.

Nobilium TRINISZEWSKICH, *Ductionem Litvanorum perimens*

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. JOANNES DEI Gratia Senior, Dux Masoviæ, & Russiæ Terrarum Dominus, & Hæres Czyrnensis. Significamus omnibus & singulis, præsentibus & futuris, præsentium notitiam habituris. Quod cum THOMASSIO, Hæredi de *Kczeszewo*, viginti mensos mensuræ Culmensis, *Koniewo* vulgariter dictos, silvæ nostræ *Kony* di-

ctæ, ſuper rivulo *Kony*, prope a *Nur* jacentes, intuitu ſuorum ſervitiorum dederamus cum utraq; ripa rivali ejuſdem; tandem ipſe THOMASSIUS perſonaliter coram Jlluſtri Principe, Domino JOANNE, Duce Maſoviæ, Filio noſtro Chariſſimo conſtitutus, non compulſus, non coactus, neq; aliquo dolo, vel fraude ſeductus, ſed ipſius mera, & ſpontanea voluntate, ſuorumq; amicorum ſalubri conſilio præhabito, decem manſos menſuræ Culmenſis, viginti manſorum prædictorum in longum & latum, veluti prædicti decem manſi ſunt limitati, & diſtincti, MATHIÆ, DERSLAO, STANISLAO, & SANDEONI hæredibus de *Tyſzki*, pro certa ſumma pecuniæ vendidit, perpetue & in ævum, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, cenſibus, uſibus, emolumentis, & obventionibus generaliter univerſis, quibuſcunq; vocabulis appellentur, nunc in dictis decem manſis exiſtentibus, & in poſterum Chariſſimo Duce, per humanam diſcretionem quomodolibet accreſcendis; mellificiis, ſive apiſteriis duntaxat exceptis, quæ pro Nobis, & noſtris Succeſſoribus reſervamus. Quare ſit licitum prædictis noſtris Fidelibus, & ipſorum legitimis Succeſſoribus, decem manſos prædictos tenere, habere, regere, gubernare, & pacifice ac quiete temporibus perpetuis poſſidere, nec non vendere, commutare, donare, alienare, obligare, & ad uſus ſuos beneplacitos, & ſuorum Succeſſorum convertere, prout ipſis, & ipſorum legitimis Succeſſoribus melius, & utilius videbitur expedire. Sed noſtra & noſtrorum Succeſſorum voluntas, more ſolito, requiri debet in præmiſſis. Præterea prædicti noſtri fideles, & ipſorum legitimi Succeſſores, de prædictis decem manſis ad quamlibet expeditionem in equo, valoris quatuor ſexagenarum, in pancerio, cum baliſta, & ſub caleptia, *Kłobuczek* vulgariter dicta equitare, & cætera omnia communia ſervitia impendere, prout alii Terrigenæ in ſimilibus bonis locati facere & impendere conſveverunt, ſint conſtricti, toties, quoties fuerit opportunum. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum majus præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in *Lomza*,

ipſo

ipſo die Sancti AUGUSTINI Confeſſoris glorioſi, ſub anno milleſimo quadringenteſimo decimo nono. Præſentibus ibidem ſtrenuis ac Nobilibus Viris, Dominis JACOBO POCZTA Judice, NATHIBORIO Vexillifero, Ciechanovienſibus, STIBORICO Subcamerario Zacrocimenſi, & Mareſchalco Curiæ Noſtræ, LAURENTIO Subjudice Varſavienſi, & JOANNE de *Kuchary* Hæredibus, noſtris fidelibus teſtibus circa præmiſſa. Scriptum per manus PAULI Płocenſis, & Varſavienſis Eccleſiarum Canonici, Minoris Cancellarii Curiæ noſtræ, qui præſentia habuit in commiſſis.

IN Nomine Domini Amen. Ad memoriam rei ſempiternam. BOLESLAUS DEI Gratia Dux Maſoviæ & Ruſſiæ Terrarum, nec non Varſavienſis, Viſzegradienſis, Zakrocimenſis Dominus, & Hæres Czyrnenſis &c. Significamus tenore præſentium, tam præſentibus, quam futuris, harum notitiam habituris, quibus expedit, generaliter univerſis, quomodo conſideratis, & inſpectis pronis, & fidelibus ſervitiis, Nobis per MATHIAM Hæredem de *Tymianka* exhibitis fideliter. & impenſis, ac in poſterum aucto fidelitatis ſtudio, Nobis, & noſtris Succeſſoribus, una cum ſuis poſteris legitimis, eo celerius impendendis, horum meritorum ob reſpectum, ſibi, & ſuis pueris legitimis viginti manſos menſuræ Culmenſis, noſtri certi Ducatus, & Dominii, circa granicies *Dokudowo*, in Diſtrictu Varſavienſi, prope *Nur* ſituatos, in longum & latum, veluti dicti viginti manſi in ſuis metis, ſignis, gadibus & limitibus ſunt circumferentialiter diſtincti, & limitati, dedimus, damus, donamus, adſcribimus appropriamus, ac in verum titulum hæreditarium ex nunc, de pietate noſtra ducti, gratioſe conferimus, perpetue & in ævum, cum omnibus & ſingulis utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, cenſibus, emolumentis & obventionibus generaliter univerſis, ad præſens in eiſdem viginti manſis exiſtentibus, quibuſcunque; nominibus nuncupentur, & qui, vel quæ, favente divina Clementia, per humanam induſtriam reperiri poterint quomodoli-

modolibet in futuro. Quare ſit licitum dicto MATHIÆ, & ipſius pueris legitimis, dictos viginti manſos cum præſcriptis utilitatibus tenere, habere, regere, gubernare, quiete, & pacifice, perpetuiſq; temporibus poſſidere, nec non vendere, commutare, dare, donare, obligare, alienare, & ad uſus ſuos, & ſuorum puerorum beneplacitos convertere, prout ſibi, & ſuis pueris legitimis melius, & utilius videbitur expedire; noſtra, tum & noſtrorum Succeſſorum voluntate, more ſolito, principaliter requiſita de præmiſſis; mellificiis duntaxat, ſive apiſteriis in eiſdem exceptis, quæ pro Nobis, & noſtris Succeſſoribus plenarie reſervamus. Præterea prænominatus MATHIAS, & ſui pueri legitimi, in recompenſam hujuſmodi donationis, & gratiæ, ad quamlibet expeditionem noſtram, & noſtrorum Succeſſorum, in equo quatuor ſexagenarum, cum baliſta, in pancerio, & in caleptia vulgariter *Kłobuczek* dicta, de quibuslibet decem manſis Nobis, & noſtris Succeſſoribus equitare, & ſervire teneantur, & alia omnia ſervitia communia, ſicut cæteri Terrigenæ noſtri, in ſimilibus bonis locati, faciunt, & facere conſveverunt, facient, & impendent toties, quoties per Nos, vel Succeſſores noſtros de hoc ipſo fuerint requiſiti. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum majus, de certa noſtra ſcientia, præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in *Zambrowo*, die Dominico ante Feſtum Beati THOMÆ Apoſtoli, anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto. Præſentibus ſtrenuis, Nobilibus viris, MICHAELE de *Siemianczyce* Succamerario Varſavienſi, PAULO de *Oſzronow*, STANISLAO Magiſtro coquinæ, NICOLAO NAGORKA de *Dziergowo*, NICOLAO BRODA, SIGISMUNDO de *Kiſzczyce*, & aliis quam plurimis noſtris Fidelibus, fide dignis teſtibus circa præmiſſa. Scriptum per manus STEPHANI NICOLAI de *Moiſzewo* Præpoſiti Varſavienſis, nec non Cancellarii Curiæ noſtræ, qui præſentia habuit in Commiſſis.

Termi-

Terminatio Nobilium in Sienica.

In Nomine Domini Amen. Ad memoriam rei ſempiternam. Boleslaus, DEI Gratia, Dux Maſoviæ, & Ruſſiæ Terrarum, nec non Varſavienſis, Viſzegradienſis, Zacrocimenſis, Ciechanovienſis Dominus, & Hæres Czyrnenſis. Significamus tenore præſentium, tam præſentibus, quam futuris, harum notitiam habituris, quibus expedit, generaliter univerſis. Quod, cum alias præclarus Princeps Dominus Joannes, felicis recordationis, Dux Maſoviæ &c. Jlluſtris Avus noſter Chariſſimus, decem manſos menſuræ Culmenſis ſui veri Ducatus, in *Sienica*, prope *Nur* ſituatos, Nobili Petro de *Sienica* ad communia ſervitia donaverat gratioſe, ſed quia idem Petrus, omiſſis ſervitiis dicti avi noſtri, quibus ratione dictorum decem manſorum fuerat obligatus, ad alienas partes, videlicet in terras Cruciferorum, fugit, & ſe de terris noſtris tranſtulit, propter quod Nos, volentes ſervitia Nobis adaugere, conſideratiſque, & inſpectis fidelibus ſervitiis Nobis per Nobiles, Simonem & Troianum de *Sienica* exhibitis, & impenſis, & in poſterum, aucto fidelitatis ſtudio, Nobis, & noſtris Succeſſoribus, una cum ipſorum pueris legitimis, eo celerius exhibendis, horum meritorum ob reſpectum, ipſis Simoni & Troiano, ac ipſorum pueris legitimis damus decem manſos, alias Petro donatos, una cum aliis decem manſis ibidem in *Sienica* ſimul jacentibus, in Diſtrictu Varſovienſi, prope *Nur* ſituatos, noſtri veri Ducatus, & Dominii, in longum & latum, veluti dicti viginti manſi, in ipſorum metis, ſignis, & limitibus, circumferentialiter ſunt diſtincti, & limitati, dedimus, damus, donamus, appropriamus adſcribimus, & in verum titulum hæreditarium ex nunc conferimus gratioſe, perpetue, & in ævum, cum omnibus & ſingulis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, cenſibus, emolumentis, & obventionibus, generaliter univerſis, quibuscunq; nominibus nuncupentur, ad præſens in eiſdem viginti manſis exiſtentibus, & qui, vel quæ per hu-

manam induſtriam, divina favente Clementia, reperiri poterint quomodolibet in futurum. Quare ſit licitum prædictis, SIMONI, & TROIANO, & eorum pueris legitimis, eoſdem viginti manſos, cum præſcriptis utilitatibus habere, tenere, regere, gubernare, quiete & pacifice perpetuis temporibus poſſidere, nec non vendere, commutare, donare, alienare, obligare, & in uſus ſuos beneplacitos convertere, prout ipſis & ipſorum pueris legitimis melius & utilius videbitur expedire, noſtra tamen, & noſtrorum Succeſſorum voluntate, more ſolito principaliter requiſita in præmiſſis; mellificiis ſive apiſteriis in eiſdem viginti manſis exceptis, quæ pro Nobis, & noſtris Succeſſoribus plenarie reſervamus. Præterea prædicti SIMON, & TROIANUS, & ipſorum legitimi Succeſſores in compenſam hujuſmodi donationis, & gratiæ, ad quamlibet expeditionem noſtram, in equo valoris quatuor ſexagenarum, cum baliſta in pancerio & ſub caleptia, vulgariter *Kłobuczek* dicta, de quibuslibet decem manſis equitare, & ſervire teneantur, & alia omnia communia ſervitia, ſicut cæteri terrigenæ in ſimilibus bonis locati, faciunt, & facere conſveverunt, facient, & impendent, toties quoties fuerit opportunum. De quibus quidem decem manſis PETRI, SIMON duas, & TROIANUS tertiam, de aliis vero manſis TROIANUS duas, & SIMON tertiam, partes ſic diviſim poſſidebunt. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum majus, de certa noſtra ſcientia, præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in *Nur* feria tertia in vigilia Sancti THOMÆ Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto. Præſentibus Nobilibus MICHAELE de *Siemianczyce* Subcamerario Varſavienſi, MATHIA de *Ciſzewo* Judice Nurenſi. NICOLAO NAGORKA de *Dzirgowo*, NICOLAO BRODA, & PAULO OSTRZONOWSKI, aliisq; quam pluribus noſtris fidelibus, fide dignis teſtibus circa præmiſſa. Scriptum per manus NICOLAI STEPHANI de *Mniſzewo* Præpoſiti Varſavienſis, & Cancellarii noſtri, qui præſentia habuit in commiſſis.

Nobi-

Nobilium DAMBROWSKICH *Modzelie.*

SIGISMUNDUS DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit, universis harum notitiam habituris. Quia Nobiles MATHIAS, MARCUS, & STANISLAUS DAMBROWSCI, filii Nobilis olim JOANNIS MODZEL DAMBROWSKI, & ALBERTUS DAMBROWSKI frater eorum patruelis, nec non filii Nobilium MICHAELIS, FALCONIS, & STANISLAI, nepotes præfatorum Nobilium, hæredes de *Długa Dambrowa.* Exhibuerunt coram Nobis literas Jllustris olim Domini CONRADI Ducis Masoviæ, præfato Nobili MODZEL, super locanda villa prædicta *Dambrowa* concessas. Supplicarunt Nobis, ut easdem literas authoritate nostra Regia approbare, ratificare, & confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur. CONRADUS DEI Gratia Dux Masoviæ, Russiæ &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit, universis. Quia ad instantes petitiones pro parte Nobilis JOANNIS MODZEL de *Damrbowa* Nobis oblatas, fidem dedimus, & admisimus, ac admittimus per præsentes villam de cruda radice sylva, in bonis *Dambrowa*, et Districtu Nurensi jacentem & sitam, hoc est, inter bona *Krzeczkowo Kucharskie* ex una parte, ex alia vero parte circa bona KUCZYNSKICH DLUGICH, & KUTILOWSKICH, Jure simili Culmensi locandam, prout alia ipsius villa, dicta *Dambrowa*, est locata, absolventes, & exemptos facientes omnes, & singulos Incolas, sive Cmethones, in præfata silva locandos, ab omnibus & singulis laboribus, censibus, exactionibùs quibuscunq; nostris Ducalibus tam diu, quam diu & ipse JOANNES MODZEL de *Dambrowa* eisdem Cmethonibus villæ prædictæ dederit, & concesserit libertatem. Qua, exspirante, de singulis proventibus, prout & alii Incolæ bonorum ipsius *Dambrowa* prædictorum, Nobis respondere tenebuntur, præter præjudicium tamen bonorum nostrorum Ducalium, si quæ essent contigua Villæ præfatæ locandæ. In cujus rei testimonium, Sigillum nostrum

ſtrum eſt appenſum. Actum & datum in Varſavia, feria ſecunda Feſti Sancti *Joannis Baptiſtæ* milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono. Nos itaq; SIGISMUNDUS Rex ſupplicationibus Nobilium ſuper Jus expreſſorum, veluti juſtis, benigne annuentes, tum ad interceſſionem nonnullorum Conſiliariorum noſtrorum, pro dictis Nobilibus ad Nos factam, Literas præinſertas ratas, & gratas habentes, ipſas in omnibus illarum punctis, clauſulis, & articulis, totoq; earum tenore approbandum, ratificandum, & confirmandum fore duximus, prout approbamus, ratificamus, & confirmamus, decernentes, ipſas robur firmitatis debite obtinere, harum teſtimonio Literarum, quibus in fidem Sigillum noſtrum eſt appenſum. Actum, & datum Cracoviæ, feria ſecunda poſt Feſtum Sancti BARTHOLOMÆI Apoſtoli proxima, Anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo primo, Regni noſtri vigeſimo quinto.

Relatio Reverendi in CHRISTO Patris Domini PETRI *Epiſcopi Cracovienſis, & Regni Poloniæ Vice Cancellarii.*

Nobilis ANDREAE KUTYLOWSKI.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. BOLESLAUS DEI Gratia, Dux Maſoviæ, Ruſſiæ &c. nec non Varſavienſis, Zacrocimenſis Dominus, & Hæres Terrarum. Significamus tenore præſentium, quibus expedit, generaliter univerſis, tam præſentibus, quam futuris harum notitiam habituris. Quomodo coram Nobis perſonaliter conſtituti Nobiles NIEMIERA de *Mierzanczyno*, & FALCA conſors Nobilis ALEXII de *Kutilowo*, non compulſi non coacti, neq; aliquo dolo, aut fraude circumventi, aut ſeducti, ſed ipſorum mera, ac ſpontanea voluntate, amicorumq; ſuorum ſalubri freti conſilio, ac matura deliberatione præhabita, palam recognoverunt, quia decem manſos Culmenſes paternos LAUTHOVO penes

penes & *Siccincza* & *Sobieczkowa* granicies, in Diſtrictu Nurenſi ſitos in longum & latum, ac veluti prædicti decem manſi in ſuis metis, ſignis, limitibus, ſcopulis, & graniciebus ſunt circumferentialiter diſtincti, conſignati, & limitati, quemadmodum ipſos ſoli tenuerunt, habuerunt, & poſſederunt, cum omni Jure, proprietate, & dominio, ac omnibus, & ſingulis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, uſibus, cenſibus, emolumentis, & obventionibus generaliter univerſis, quibuſcunq; nominibus nuncupentur, nihil prorſus in eiſdem reſervantes, Nobili ANDREAE de *Kutylowo* pro duabus viginti Sexagenis groſſorum in mediis groſſis vendiderunt, & voce irrevocabili reſignaverunt perpetuo, & in ævum. Liceat igitur prænominato ANDREÆ dictos decem manſos, cum omni Jure, ac utilitatibus præſcriptis, ejuſq; legitimis Succeſſoribus, tenere, habere, regere, gubernare, uti, frui, pacifice & quiete, perpetuiſq; temporibus poſſidere, nec non dare, donare, vendere, commutare, alienare, obligare, & ad uſus ſuos beneplacitos convertere, prout ſibi & ſuis Succeſſoribus legitimis melius, & utilius videbitur expedire; noſtra tamen & noſtrorum Succeſſorum voluntate in præmiſſis more ſolito principaliter requiſita. Jn cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum majus, de certa noſtra ſcientia, præſentibus eſt appenſum. Actum, & Datum in *Nur* Feria ſexta ipſo Die Sanctorum SIMONIS & JUDA Apoſtolorum glorioſorum, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto. Præſentibus Dominis, JACOBO de *Mińsko* Caſtellano Czernenſi, JACOBO de *Obryte* Judice Nurenſi, MARTINO de *Maſſyrowo* Canonico Varſavienſi, WSZEBORIO de *Smoliska* Capitaneo Varſavienſi, & Subjudice Zakrocimenſi, & aliis quam pluribus fide dignis teſtibus circa præmiſſa. Scriptum per manus Venerabilis & egregii viri Magiſtri PETRI de *Chodkow* medicinæ Doctoris, Plocenſis, Varſavienſis, Konicenſis Canonici, in *Czerſtko* & *Makow* Curati Eccleſiarum, & Curiæ noſtræ Cancellarii, qui præſentia a nobis habuit in commiſſis.

 Privile-

Privilegium Nobilium in Zaremby.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos SIGISMUNDUS, DEI GRATIA Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, nec non Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Culmensis, Elbingensis, Pomeraniæq; Dominus, & Hæres. Manifestum facimus tenore præsentium, quibus expedit, universis & singulis, præsentibus & futuris harum notitiam habituris. Quia Venerabilis JOANNES WOYSLAWSKI Canonicus Varsaviensis, & Notarius terrestris Lomzensis, exhibuit coram Nobis literas Jllustris olim Domini JANUSSII Ducis Masoviæ, Russiæq; in charta pecorina scriptas, & titulo, Sigilloq; pendente ejusdem Ducis communitas, donationem per eundem Ducem præfatum eidem Venerabili JOANNI WOYSLAWSKI infrascriptorum bonorum Nobilium, sive Hæreditatum, post commensurationem eorundem bonorum in Ducatu Masoviæ excrescentium, in se continentes, sanas, salvas, illæsas, omniq; prorsus suspicione carentes, supplicavitq; Nobis, ut easdem literas, & omnia in eis contenta, autoritate nostra Regia approbare, ratificare, & confirmare dignaremur, quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. JANUSSIUS DEI GRATIA Dux Masoviæ, Russiæ, &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit generaliter universis. Quia habentes in gratioso prospectu multa merita Venerabilis JOANNIS WOYSLAWSKI, Canonici Ecclesiæ Varsaviensis, & Notarii terrestris Lomzensis, ob quæ Nobis plurimum est commendatus, volentesq; eum ad ulteriora servitia nostra facere propensiorem, omnes excrescentias, quæcunq; excrescent per commensurationem in bonis hæreditariis Nobilium subditorum nostrorum, videlicet: In *Krzeczkowo, Oldaki, Polomia, Zarambi, Romani* & *Przezdzieczko*, in Ducatu Nurensi sitis ultra in ea, & Privilegia dictorum Nobilium, & quæ excrescentiæ ad Nos spectant, & pertinent, cum toto

Jure

Jure noſtro, & proprietate, ac cum omnibus & ſingulis utilitatibus, agris,, pratis, hortis, areis, ſylvis, borris, gais, mericis, & aliis omnibus commodis, quibuscunq; appellentur nominibus, in dictis excreſcentiis bonorum, quovis modo ad præſens, & in futurum exiſtentibus, & prout dictæ excreſcentiæ in dictis bonis ſe extendunt in longum & latum, nihil pro Nobis in eiſdem excreſcentiis reſervando, eidem JOANNI WOYSLAWSI Canonico dedimus, & conceſſimus, damuſq; & concedimus per præſentes in perpetuum; quas quidem excreſcentias in præfatis bonis, dictus JOANNES WOYSLAWSKI habebit plenam facultatem eiſdem Nobilibus, ubi, & in quorum bonis repertæ fuerint, & aliis quibuscunque perſonis vendendi, donandi, inſcribendi, & prout ſibi utilius meliusq; videbitur, de eiſdem excreſcentiis pro uſu ſuo diſponendi, & providendi. Jn cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum mediocre, quo utimur, præſentibus eſt appenſum. Datum Lomzæ, feria ſecunda poſt feſtum Circumciſionis Domini. Anno Ejuſdem milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto. ALBERTUS POPIELSKI Vicecancellarius Nos itaq; Sigiſmundus Rex præfatus attendens ſupplicationem prænominati JOANNIS WOYSLAWSKI fore juſtam, & rationi conſonam, præinſertas literas, utpote ſalvas, & nullo vitio obnoxias, omniaq; in eis contenta, autoritate noſtra Regia approbanda, ratificanda, & confirmanda duximus, approbamusq; ratificamus, & cofirmamus, decernentes eas robur perpetuæ firmitatis habituras, tenore præſentium mediante. Jn cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Actum, & datum in conventione generali Piotrcovienſi, feria ſecunda poſt Dominicam ſexageſimæ. Anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo. Regni Noſtri Anno trigeſimo ſecundo. Præſentibus Reverendiſſimo, & Reverendis in Chriſto Patribus, Dominis JOANNE Archiepiscopo Gneſnenſi, Legato nato, ac Primate, JOANNE CHOINSKI Cracovienſi, Regni noſtri Cancellario, PETRO de GAMRATI Płocenſi, & SEBASTIANO

BRANICKI Camenecenſi, Epiſcopis, ac Magnificis, Generoſis, & Venerabilibus, JOANNE Comite a *Tharnow* Caſtellano Cracovienſi, & Capitaneo Sandomirienſi, LUCA à *Gorka* Poſnanienſi, PETRO KMITHA de *Wiśnicze* Cracovienſi, & Regni noſtri Mareſchalco, ac Cracoviensi, Scepusienſi, Premisliensi Capitaneo. HIERONYMO LASKI Siradiensi, JANUSSIO LATHALSKI Inovladislaviensi, STANISLAO de *Sprowa* Ruſſiæ, FELICE BRZESKI Plocenſi, PETRO a *Gorimno* Maſoviæ, STANISLAO de *Kutno* Ravenſi, Palatinis. ANDREA a *Gorka* Poſnanienſi, & Capitaneo Majoris Poloniæ Generali. NICOLAO WOLSKI Sandomirienſi, & Sereniſſimæ Conjugis noſtræ Curiæ Magiſtro. JOANNE a Tenczyn Woynicienſi, & Mareſchalco Curiæ noſtræ, SPITKONE a *Tarnow* Radomienſi, Regni noſtri Theſaurario. PAULO a *Wola* Regni noſtri Vice-cancellario, Burgrabio Cracovienſi, & Capitaneo Coſtinenſi, STANISLAO OLECHNICKI Decano, SAMUELE MACIEIOWSKI Canonico Cracovienſi Secretariis noſtris. MARTINO WOLSKI Tribuno Cracovienſi, Theſaurario Curiæ noſtræ, & aliis quam plurimis Dignitariis, Officialibus, & Aulicis noſtris, ſincere Nobis, & fidelibus dilectis. Datum per manus præfati Magnifici PAULI a *Wola* Vice-Cancellarii noſtri, Burgrabii Cracovienſis, & Capitanei Coſtinenſis, ſincere Nobis dilecti.

Relatio ejuſdem Magnifici PAULI *a Wola Regni Poloniæ Vice-Cancellarii, Burgrabii Cracovienſis, & Capitanei Coſtinenſis.*

Ex terminis communibus Łomzenſibus, feria ſecunda ante Feſtum Nativitatis VIRGINIS MARIÆ, *Anno Domini* 1535.

PErſonaliter Conſtitutus Venerabilis Dominus JOANNES WOYSLAWSKI Canonicus Varſavienſis, & terreſtris Notarius Lomzenſis, recognovit, quia tres cum medio manſos menſuræ Culmenſis,

menſis excreſcentiarum in bonis *Romani*, in Diſtrictu Nurenſi, prope *Roſſochate*, penes graniciem *Mioduſzewska*, & penes *Skarżyńska* & *Kraiewska* angulos, cum utraq; ripa parva *Brok*, usq; ad *Stok* penes quinque manſos, qui tres cum medio manſi, per commenſurationem ſeptem cum medio manſorum excreverunt, cum omnibus & ſingulis utilitatibus, cum omni Jure, ſuo dominio, proprietate, Nobilibus STANISLAO, ADÆ, MARTINO, STANISLAO, NICOLAO, STANISLAO, ÆGIDIO olim ANDREÆ STANISLAI, JOANNIS, STANISLAI, ADÆ, MARTINI, JOANNIS, & NICOLAI de *Romani* ZAREMBI, de Diſtrictu Nurenſi, pro quinquaginta ſexagenis groſſorum mediorum vendidit perpetue, & in ævum, omne Jus ſuum in eos transfundendo, & id totum quod ſuperfuerit ultra præfatos tres cum medio manſos. Et quos tres manſos cum medio ad tres partes tenere debent.

Venerabilis Capituli Varſavienſis cum Nobilibus in Lipki.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos NICOLAUS WODZINSKI de *Międzyrzec* Judex, JOANNES KAMINSKI Succamerarius, BARTHOLOMÆUS POBIEROWSKI Subjudex, NICOLAUS JABLONSKI Vexillifer, Officiales Terræ Drohicenſis, STANIŚLAUS WOYSLAWSKI Judex Livenſis, & STEPHANUS WODZINSKI Vexillifer Varſavienſis de Ducatu Maſoviæ Commiſſarii, & Judices per Sereniſſimum Principem, & Dominum, Dominum SIGISMUNDUM DEI Gratia Regem Poloniæ, Magnum Ducem Litvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ &c. Patribus infrascriptis, videlicet venerabili Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ, SANCTI JOANNIS Baptiſtæ Varſovienſis, & Nobilibus de *Lipki* ad limitanda bona dicti Capituli *Kołodziądz* alias *Raſſny*, & bona præfatorum Nobilium *Lipki*. Significamus tenore præſentium quibus expedit generaliter univerſis, tam præſentibus quam futu-

ris harum notitiam habituris. Quomodo, poſtquam die data præſentium deſcenderamus ad locum differentiarum, & limitationis bonorum prædictorum, ſatisfaciendo Commiſſioni, & Mandatis Sacræ Maieſtatis Regiæ, comparentibus coram Nobis Venerabilibus Dominis ALBERTO POPIELSKI, JOANNE WOYSLAWSKI, PETRO BELSKI, & STANISLAO BONIECKI, Canonicis Collegiatæ Varſavienſis, nec non Nobilibus STANISLAO WSHOLEK, FELICE Fratre ſuo, JOANNE, MATHIA, ANDREA cum omnibus participibus ſuis, & Hæredibus bonorum *Lipki*, auditiſq; utrarumq; partium propoſitis, & reſponſis, ſuper veris, juſtis, & antiquis graniciebus, ſeu ſignis metalibus, inter bona præfata *Kołodziądz* & *Lipki*, ubi præfati Canonici, nomine prædicti Capituli oſtenderunt primum coram Nobis Commiſſariis arborem pinaticam ſtantem, in qua nominatam graniciem angularem dixerunt eſſe bonorum ſuorum cum bonis *Lipki*, & aliis bonis Nobilium *Maleſzewo*, ad quam præfati Nobiles de *Maleſzewo* ibidem tunc præſentes ſe agnoverunt, & eandem graniciem angularem dixerunt eſſe bonorum ſuorum, cum bonis *Lipki* & Capituli. Tandem demonſtraverunt plures arbores exuſtas in pariete, quæ ab antiquo dividebant præfata bona *Lipki* & *Kołodziądz*, in quibus arboribus erant granicies exuſtæ, incipiendo a præfata granicie angulari uſq; ad fluvium *Ugoſcza*, pro qua exuſtione & exciſione granicierum, inculpabant præfatos Nobiles *Lipki*. Inſuper circa juſtum parietem, ubi granicies exciſas, & exuſtas oſtendebant, ex una parte oſtendebant mellificia mellicidarum ad Terram Drohicenſem ſpectantium, & ex altera parte mellificia alia Capituli prædicti, ubi mellicidæ ex utraq; parte ad dictum parietem ab antiquo ſe extendebant, & eundem parietem nunquam tranſcendebant, prout & hodie non tranſgrediuntur, qui mellicidæ circa præfatum parietem in bonis *Kołodziądz* mellificia habentes ſemper & ab antiquo dabant tributa mellis, prout & hodie dant ex præfatis mellificiis Capitulo prædicto, & eſt in uſu ac in poſſeſſione pacifica Capitulum

præfa-

præfatum dicti tributi, & ſolutionis mellicidarum, ac etiam præfatorum bonorum ſuorum, a data Privilegii ſui. Allegabant etiam dicti Canonici, quendam CZARNAK Anteceſſorem dictorum Nobilium de *Lipki*, a quo ipſi dicta bona acquiſiverunt, tenuiſſe & habuiſſe mellificia in bonis *Maleſzewo* & *Lipki*, ad Caſtrum Drohicenſem ſpectantia, ſub ſigno Ruthenico, & alia mellificia in bonis Capituli prædicti, ſub alio ſigno eidem Capitulo ſervientia, circa, & penes granicies prædictas exuſtas & exciſas, quarum ipſi Canonici loca, & truncos oſtendebant. Qui quidem *Czarnak* exiſtens Hæres & poſſeſſor bonorum *Lipki*, non tranſcendebat dictas granicies cum præfatis mellificiis ſuis Ruthenicis, prout modo dicti Nobiles LIPKOWIE, deſtructis graniciebus in toto, violenter intrant in bona dicti Capituli, damna & exciſiones multas inferunt, & eá abſq; omni juſtitia occupare conantur. Conſtituerunt etiam dicti Canonici plures perſonas Nobiles, qui teſtificati ſunt, ſe vidiſſe dictas granicies in præfato pariete ſtantes, & adinſtar Crucis per quendam PIOTRASKO Capitaneum Drohicenſem, inter bona præfata factas & poſitas. Specialiter etiam conſtituerunt Nobilem JOANNEM POGORZELSKI, antiquum Præconem Drohicenſem, qui exiſtens tunc in officio, miſſus erat ad conficiendum dictas granicies adhuc ſtantes, & alias deſtructas, & vidit eas quasdam in toto deſtructas & exciſas, alias etiam ſtantes, quas conſignaverat & connumeraverat. Super quod dicti Nobiles, & Præco jurare fuerunt parati. Conſtituerunt etiam multos mellicidas, qui idem confitebantur, ſicut & præfati Nobiles cum Præcone, & ad id jurare fuerunt parati. Ex adverſo præfati Nobiles LIPKOWIE, educendo granicies pro parte ſua, oſtenderunt circa fluvium *Ugoſcza* monticulum, quem ſcopulum eſſe dicebant; procedentes vero a dicto loco per ſilvam, oſtendebant alios monticulos, quos pro ſcopulis non ſuſcipiebant. Exeundo de ſilva, oſtenderunt quercum conciſam, in qua graniciem eſſe dicebant, ſed deſtructam pēr olim Canonicum RZESZKOWSKI; oſtenderunt etiam & aliam arborem

borem pinaticam, ſimiliter conciſam, cum granicie per eundem Canonicum. A quo loco fecerunt ſatis longum tranſitum per borram, nullum ſignum graniciale oſtendentes, uſque ad locum, qui dicitur *Smug*, dictum *Bohuzya*, quem dicebant fore locum granicialem inter bona præfata uſq; ad flumen, quod fluit & incidit in fluvium *Kołodziądz*; tandem eodem fluvio per villam *Kołodziądz* ducebant, adimentes Curiam, & ædificia ejuſdem Capituli, uſque ad molendinum ejuſdem Capituli, & iterum uſque ad verticem piſcinæ, ſeu rivuli dicti *Kołodziądz*, & exeundo de rivulo, ibant per *Smug* uſque ad illam graniciem angularem bonorum *Maliszewo*, quam non dicebant angularem, ſed ſtare in pariete ipſorum cum *Maliſzewo*, ac poſtea dicti LIPKOWIE conſtituerunt plures Nobiles Teſtes ſuos, qui rem ipſorum & documentum affirmabant, multis itaque allegationibus utriuſque partis ſuper hac controverſia diligenter exauditis, habito inter Nos ſatis longo tractatu, & examine, licet ab utraque parte non vidimus certa ſigna granicialia, tamen de certis cauſis decrevimus ipſis Canonicis, & Capitulo prædicto actoratum, alias *Powod*, ad educendum & comprobandum plenius teſtibus dictas granicies, & parietem antiquum inter bona ipſorum *Kołodziądz* & *Lipki*, ex eo, quia dictum Capitulum eſt in tam diuturna poſſeſſione bonorum ſuorum uſq; ad illa loca, ubi granicies deſtructas oſtendebant, & ex aliis teſtimoniis & rationibus, quas, ut ſupra, allegabant. Et etiam ex eo, quia præfati LIPKOWIE nulla ſigna convenientia oſtenderunt, neq; illos monticulos, quos pro ſcopulis demonſtrabant, pro ſcopulis granicialibus accepimus cum Officio Terreſtri Nobiſcum exiſtente, circa, & per quos monticulos nunquam fuerunt in poſſeſſione, neque unam arborem mellificiariam ſuam ibidem oſtenderunt. Quod Decretum præfati Canonici ſuſcipientes, pro grato, Teſtes hinc inde nominaverunt, & conſcripſerunt decem octo perſonas Nobiles, & fide dignas, ex quibus dicti LIPKOWIE elegerunt ſex teſtes, ex præfatis Canonicis JOANNEM WOYSLAWSKI, ut poſſeſſorem dictorum bonorum *Kołodziądz* elegerunt ad prædictum documentum.

tum. Poſt quod Decretum & præmiſſa omnia, præfatæ partes, ad concordiam, medio, & interpoſitione noſtra, recedentes a Jure & proceſſu iudiciario, pervenerunt, ita quod præfati quatuor Canonici nomine ſuo, & totius Capituli ad petitionem & interceſſionem noſtram dederunt, & donaverunt dictis Nobilibus de *Lipki* perpetue, & in ævum certam partem bonorum ſuorum, circa prædictum parietem, ubi granicies deſtructas, exciſaſq; demonſtrabant, hoc eſt, incipiendo, a fluvio *Ugoſcza*, qui fluit circa prata dicta *Raſſyńskie*, ubi ſcopulum granicialem in terra, & aliam exciſionem granicialem in alno ad inſtar Crucis poſuerunt, procedendo ab illo loco per ſilvam dictam *Panowkąt*, uſq; ad quercum antiquam, quæ vocatur *Trup*, in qua granicies ex utraque parte exciſæ ſunt; A qua quercu procedendo ad viam, quæ duxit ex *Wągrow* in *Raſſiny*, & ab hac via, ubi ex utraque parte ejuſdem viæ duo ſcopuli ſunt poſiti, uſque ad ultimam ſeu angularem graniciem, bonorum *Maliſzewo*, *Lipki*, & *Kołodziądz*. Quam partem bonorum ſeu donationem, quam fecerunt dicti Canonici præfatis Nobilibus de *Lipki*, multis ſcopulis in terra, & Crucibus granicialibus, in arboribus per ordinem utrinq; conſignavimus, & limitavimus. Hoc tamen modo, & conditione appoſita, quod omnes mellicidæ præfati Capituli, quicunque in dicta parte bonorum, dictis Nobilibus LIPKOM donata & conceſſa, ab antiquo habuerunt & habent mellificia ſua, ſeu arbores mellificiarias, debent dicta mellificia & arbores ſuas tenere & poſſidere pacifice, in perpetuum, abſq; omni impedimento ac contradictione dictorum Nobilium de *Lipki*. Quod ſi dicti mellicidæ aliquod damnum, violentiam vel injuriam in præfatis mellificiis ſuis a dictis Nobilibus de *Lipki*, & Succeſſoribus eorum perceperint, ex tunc citati, ſive ad Caſtrum vel ad Judicium Terreſtre Drohicenſe, pro præmiſſis ſtare in primo termino tanquam peremptorio, & reſpondere ibidem tenebuntur. Inſuper ex eadem concordia præfati LIPKOWIE omnia damna ſua, injurias & interfectiones, quæ tempore olim Canonici ROZKOWSKI in,

& pro bonis dicti Capituli fuerunt ſubſecutæ, & exortæ, ratione dictæ donationis & favoris dicti Capituli, dimiſerunt & dimittunt per præſentes. Et ſimiliter præfati Canonici nomine dicti Capituli, Capita Cmethonum ſuorum, per dictos Nobiles eodem tempore occiſa, ac alia omnia damna eis dimiſerunt. Quam concordiam & compoſitionem inter dictas partes de conſenſu eorum factam & ordinatam, nec non granicies & ſcopulos juxta conceſſionem dictorum Canonicorum poſitos, & per ordinem præfatum erectos, ac conſignatos, utraq; pars, tam Capitulum Eccleſiæ prædictæ Varſavienſis, quam etiam præfati omnes Nobiles & poſſeſſores bonorum in *Lipki*, in omnibus articulis & conditionibus firmiſſime tenere & obſervare debebunt, & tenebuntur perpetue & in ævum, ac ſe ad id ſponte ſubmiſerunt & vadio ducentarum marcarum numeri, & monetæ Cracovienſis per Nos ad majorem firmitatem hujus concordiæ appoſito, & per eaſdem partes ſponte ſuſcepto, ac per Præcones Drohicenſem & Camenecenſem ibidem partibus juſtificato. Cujus vadii medietas pertinebit pro Camera Regia, & alia medietas ejuſdem vadii parti concordiam tenenti. In cujus rei teſtimonium Sigilla noſtra propria, quibus utimur, ptæſentibus ſunt appenſa. Datum, & actum in loco differentiarum, & limitationis bonorum præfatorum, feria ſecunda infra Octavas Omnium Sanctorum. Anno Domini milleſimo quingenteſimo Vigeſimo ſexto.



DUKT

DUKT GRANIC
Koronnych y Wielkiego Xięſtwa Litewſkiego.
Anno 1546. *Ex Archivo M.D.L.*

AUGUST Trzeci z BOZEY Łaſki Krol Polſki, Wielki Xiążę Litewſki, Ruſki, Pruſki, Mazowiecki, Kijowſki, Wołyńſki, Podolſki, Podlaſki, Inflantſki, Smoleńſki, Siewierſki, y Czernichowſki, á Dziedziczny Xiążę Saſki y Elektor.

O*Znaymuiemy tym Liſtem, Extraktem Naſzym, komu o tym wiedzieć náleży, iż w Xięgach Metryki Káncellaryi Náſzey Wielkiey Wielkiego Xięstwa Litewskiego znayduie ſię Gránica między Koroną Polſką, á Wielkim Xięstwem Litewſkim, zá Nayiaśnieyſzego Predeceſſora Náſzego Krola Jmci Polſkiego, i Wielkiego Xiążęćia Litewſkiego* ZYGMUNTA AUGUSTA, *przez* WASILA TYSZKIEWICZA, *i* WOYCIECHA LENARTOWICZA *w Roku tyſiącznym pięćſetnym czterdzieſtym ſzoſtym, Miesiąca Auguſta trzeciego dnia uczyniona, i ſupplikowáno Nam ieſt przez Pánow, Rad i Urzędnikow przy Boku Náſzym rezyduiących, ábyśmy tę Granicę z tychże Xiąg Metryki Kancelaryi náſzey W. Wielkiego Xięstwa Lit:* per extractum authentice *wydać pozwolili, ktora ſłowo do ſłowa z Ruſkiego wypiſuiąc, ták ſię w ſobie ma.*

ROku od Národzenia Páńſkiego Tyſiąc pięcſet czterdźieſtego ſzoſtego, Mieſiąca Auguſta trzeciego dnia, we Wtorek, Indykt czwarty. Zá rozkazem Hoſpodara Krola Jmci Wielkiego Xiążęcia ZYGMUNTA AUGUSTA, przez nas WASILA TYSZKIEWICZA, i WOYCIECHA LENARTOWICZA, ſtáło ſię opiſanie granic i ſzkod między Wielkim Xięſtwem Litewſkim, i Koroną Polſką.

OBWOD KORONNY.

NAprzod od Brzeskiego Powiatu, Dworu i Miaſteczka *Woynia*, á z Korony Polskiey od *Párcowa*, z Imienia Ziemian Powiatu Lubelskiego ANDRRZEIA i ADAMA BRANIECKICH; naypierwiey ci to BRANIECCY twierdźili, że początkiem gránicy między máiętnością ich, i Wielkim Xięſtwem, ieſt rzeka *Bránka*, ktora idźie od *Woynia* Miáſta W. Xięſtwa pod młynem Plebána *Woinskiego*, ktory młyn tuż ieſt pod Miáſtem *Woyniem*. Pan ANDRZEY BRANIECKI powiedźiał, że ten młyn *Woynianie* trzymáią od trzydźieſtu lat, potym tenże ANDRZEY mowił, że ten młyn trzymáią *Woynianie*, od dwudźieſtu ſześćiu lat, zá trzećim razem powiedźiał, iż od dwunáſtu lat. Czynili ſobie zá tym pretenſye o wielkie zaboyſtwa, zdźierſtwa, przy bronieniu ſwoiey własności od ludźi Wielkiego Xięſtwa Litewskiego popełnione, i pokazywáli nam regeſtr ſwoich ſzkod, i mowili BRANIECCY, że Krol Jmć ráczył rozkázać Stároſtom ſwoim, ázeby nas bronili od wſzyſtkich naiázdow, zaboyſtwa, grábieży, i od wſzyſtkich krzywd z ſtrony ludźi Wielkiego Xięſtwá; ktemu wywodząc ſwoię ſprawiedliwość, ná większy dowod tego, ſtáwili ſześćiu świádkow Szláchty, ludźi podeſzłych, i ſami pomienieni BRANIECCY z owymi Swiádkámi gotowi byli do przyśięgi. Przytomni támże dway Ziemiánie Powiatu Łukowskiego ADAM GUT, i PIOTR TUROWSKI opowiedźieli, iż tu ſię właśnie ſchodźi Ziemia náſzá Łukowska u tego młynu, i u tey rzeki *Branki*.

Z Wielkiego Xięſtwa Urzędnik *Woinski* imieniem SUMA z poddanemi Hoſpodarskiemi *Woinskiemi* powiedźiał, iż to ieſt grunt z dáwnych wiekow W. Xięſtwa po obudwoch ſtronach tey rzeki, i że nie názywa ſię *Branką*, ale *Woinką*, ktora niżey wpada w *Bránkę*, młyn záś ten iuż od dwuchſet lat ſtoi ná tym mieyſcu ſpokoynie. Był to przed tym młyn chłopski názwány *Jábołczynski*, dla czego i Po-

tomka

tomka tego to *Jabołki* ſtawili; pokázywali też i pale zgniłe tego młynu, i że tam pierwiey młyny bywały, ná dowod tego ſtáwili ludźi dobrych, Bojárow ſtárych, pogránicznych, máiętnych. Opowiedźiał oraz tenże Urzędnik *Woinski*, iż pomieniony młyn ná rzece *Woince* przydány ieſt z łáski Hoſpodarskiey Plebánowi *Woińskiemu* od ſześćiu lat, iak Hoſpodar Krol Jmć fundował Kośćioł w *Woynie*, ná to Urzędnik i ludźie *Woińſcy* gotowi byli przyśiądz z świadkámi. A co ſię tycze ſzkod i zaboyſtw, ná to Urzędnik i ludźie *Woinſcy* odpowiedźieli, iż my żadnych ſzkod im y zaboyſtw nie czynili, do tego ſię nie poczuwamy, ale nam wielkie od nich ſzkody ſą poczynione, o ktore mowić będźiem ná mieyſcu, gdźie będźiemy opowiadać granice náſze.

Branieccy od tego młynku, od rzeki, ktorą mienili bydź *Branką*, á z drugiey ſtrony Woinianie mienili bydź *Woinką* prowadzili nas przez pola, włoki, zaymuiąc opłotki miáſtá *Woinskiego*, i przez krzaki i dąbrowy, niby ná milę, i powiadáli, że po práwey ſtronie ieſt Koronny grunt, á po lewey Wielkiego Xięſtwa. Jadąc przez pole mowili Branieccy, iákby miał tam bydź kopiec po śrzodku pola rozkopány, czego iednak znáku żadnego nie ma; iákoż iadącym przez te pola i krzaki żadnych znákow nie pokazali, ażeśmy przyiechali do trzech kopcow, które mienią bydź uholnicámi, i powiedźieli, iż z tych ieden ieſt kopiec *Párcowski*, drugi Braniecki z *Woiniem* trzeći *Kopeinski* z *Woyniem*, á *Kopeino* z *Woyniem* náleży do W. Xięſtwa. Obaczyliśmy ieden tylko kopiec cáły, o dwoch zaś mowili, iákoby miały bydź rozrzucone od *Woynian*; tych dwoch kopcow znakow mało. Ciż Pánowie Branieccy powiedźieli, iż Przywiley Króla Władysława ná te gránice náſze znayduie ſię u Páná Piotra Kopeinskiego, Ziemiánina W. X. Litewskiego, w ktorym to Przywileju zamyka ſię gránica *Bránieckа z Kopeińską*. Piotr Kopeinski Ziemianin W. Xięſtwa odpowiedźiał: mam ia Przywiley, ale nie Branieckim, tylko mnie ſamemu ná moię właſność służący,

ktory ſwego czáſu pokażę. Urzędnik *Woińſki* Suma z ludźmi *Woinſkiemi* powiedźiał: iż iákośmy pierwiey mowili, że to ieſt ſtawek ná rzecce, ktorą Braniecccy mienią bydź *Branką*, á Woiniánie názywaią *Woinką*, dány Plebánowi *Woinſkiemu* od Krola Jmci Wielkiego Xiążęcia Hoſpodara Náſzego Miłośćiwego; á tak co Braniecccy mowią, iákoby pośrzod pola miáłá bydź ich gránica, kiedy nas prowadźili, nigdźie tego kopca nie było, á tak te pola, krzaki, i dąbrowy po obu ſtronach wſzyſtkie ſą *Woińſkie* W. X. Litewskiego. Y teraz nie mniey ſą Włokámi *Woinſkiemi*, ktore oni w ſtarodawnym i od wiekow záwſze ſpokoynym máią używániu. A co ſię tycze tych trzech kopcow, ktore oni mienią bydź uholnicami, nie ſą to kopce grániczne z Wielkim Xięſtwem, ale wyieżdzał Pan Stároſta Brzeski, Pan Alexander Chodkiewicz, Wojewoda Nowogrodzki, z rozkázu Krola Jmci, i te kopce kazał uſypać Woinianom od Kopeian Ziemian W. Xięſtwa, á temu iuż ieſt lat śiedm. Ná wſzyſtkie tedy cztery ſtrony tych kopcow wſzyſtko náleży do W. X. Litewskiego do *Woyni*; Te zaś dwa kopce, ktore Braniecccy udaią, iákoby Woinianie mieli rozkopać, nie ſą od nich rozkopane, ale ie Pan Wojewoda Sendomirski Pan Tenczynski Staroſta *Párcowski*, wysławſzy ludzi kazał rozkopać, i nie tylko te dwa, ale inſze wſzyſtkie kopce *Woińſkie* kazał JmćP. Stároſta *Párcowski* rozrzućić, czego jawne ſą dowody. Pan Woiewoda Sendomirski Pan Tenczynski, przez Prokuratora ſwego Jana Hryszkowskiego Sędziego Łukowskiego odpowiedźiał, iż pomienione kopce nárożne *Párcowskie* nie ſą rozrzucone z rozkázu Pánâ Staroſty, ale od *Woynian*, iáko też i innych wiele kopcow, ktore pokażę, i że przy tych kopcach nárożnych ieſt śćiana *Párcowska*. Ná tym mieyſcu przytomny Jmci P. Woiewody Nowogrodzkiego Stároſty Brzeskiego, Páná Alexandra Chodkiewicza Ziemiánin Hoſpodarski, Podſtarośći Brzeski, Pan Jan Jacynicz, opowiedźiał imieniem Jmci Páná Wojewody Nowogrodzkiego, iż pomienione ko-

ne kopce ſypáne ſą z rozkazu Krola Jmci zá wyiechaniem Jmci Páná moiego, i że Hoſpodar Jmć rozkazał odiąć nieco gruntu *Woincom* dla Ziemian J. K. MCi Kopeinskich, przetoż nie ieſt to ściana *Párcowska*, ale ieſt to ze wſzyſtkich ſtron grunt Wielkiego Xięſtwa Litewskiego, gdźie wiele kopcow ieſt záſypanych, ktore Jmć Pan Wojewoda Nowogrodzki kazał ſypać między poddanemi Hoſpodarskiemi W. X. Litt. á te kopce Urzędnik *Párcowski* kazał porozkopywać, ktore znáki rozkopáne gotowem ia iáko Urzędnik Páná moiego pokázać.

Potym od tych trzech kopcow uholnych Pánowie Braniecсy poprowadźili proſto ku drodze, ktora idźie z *Woynia* do *Glinnego Stoku*, i pokazáli kopcow dźieśięć, ieden po drugim rozkopánych, mieniąc ie bydź między máiętnością *Sucha Wola* ná południe, á między Branieckiemi ná záchod słońca, mieniąc oraz, iż po obu ſtronach grunt náleży do Korony Polskiey, iáko też, że te kopce ſą od Woinian rozkopáne. Urzędnik *Woiński* Suma z Ludźmi *Woinskiemi* wyznali, iż te kopce rozſypali, á to z tey przyczyny, że Pan Woiewoda Sendomirski, rozkazał ſypać kopce ná ich własney źiemi, ná grunćie W. Xięſtwa, Dworu *Woinskiego*, o co skarżyliśmy ſię Krolowi Jmci i Pánu Stárośćie Brzeskiemu, zá ktorego wiádomośćią pomienione kopce rozkopaliśmy; Jakoż Liſt Hoſpodarski, i Liſty Páná Woiewody Nowogrodzkiego ná dowod tego pokazáli, że zá temi Liſtámi y zá rozkazem Hoſpodarskim te kopce rozkopali. Z tego mieyſca poprowadzili nas Braniecсy przez dąbrowę ku drodze, ktora idźie od Branieckich do *Parcowa*, i pokazali nam kopcow ośm. Już tedy wſzyſtkich kopcow ieſt ośmnaśćie. Tu mowili Braniecсy że te kopce rozkopáne ſą od Woinian, do czego ſię Woinianie przyználi według pierwſzego opiſania, i przydali mowiąc, iż trzy lata temu iáko były uſypane, á trzy lata iak ie rozſypali; á zaś po drugiey ſtronie drogi, co oni mowią, iakoby miały bydź kopce rozſypane, my ſię do tego nie przyznáiem, ániśmy tych kopcow nie

rozko-

rozkopywali. Powiedźieli tedy BRANIECCY, iż poty ieſt gránica náſza.

OBWOD WIELKIEGO XIĘSTWA.

Mieśiąca Auguſta czwarty dźień ná zaiutrz we Srzodę, Indykt 4ty.

POczątek granic Wielkiego Xięſtwa, Dworu WOINSKIEGO, Powiátu Brzeskiego. Naprzod poprowadźili Urzędnik SUMA y poddáni W. Xięſtwa *Woinſcy* od *Bielska* błota, gránic Páná ZABRZEZINSKIEGO Międzyrzeckich błotem do *Lucowa* ſtawu, á od *Lucowa* ſtawu przez groblę do rzeki *Bránki*, gdźie wpadá *Woinka* w tę rzekę, á rzeką *Bránką* do *Horodyſzcza*. Gdy tedy byli w *Horodyſzczu*, Urzędnik *Woinski* ſtánąwſzy tam powiedźiał, iż ná tamtey ſtronie rzeki ieſt Powiat Lukowski, á te *Horodyſzcze* grunt ieſt W. Xięſtwa *Woinski*, i te pola, ktore ſą około niego z ſtrony *Woinskiey* wſzyſtkie ſą *Woińskie*; czego Urzędnik *Woinski* gotow był dowieść świadkámi, Ludźmi dobremi, Szłachtą, y przed námi ich ſtawił, i przyśięgámi potwierdźić chćiał. W tym też *Horodyſzczu* z Korony Polskiey ANDRZEY BRANIECKI z Bráćią ſwoią powiedźiał, iż ten grunt *Horodyſzcze*, ná ktorym WM. Pánowie ſtoićie ieſt włáſne dziedźictwo náſze, ná ktorym Dźiad náſz śiedźiał imieniem SREBRO, i że pod czas Woyny Litwy z Koroną, Litwa tam Zamek ſpáliła, á zá tym pola ktore ſą w około niego, náſze ſą, i tego chćieli dowodami dowieść. Potym zaś od tego *Horodyſzcza* prowadzili nas Woinianie po nád rzeką *Branką*, i mienili tę rzekę bydź gránicą ſwoią. Z tąd nie daleko odiecháwſzy poprowadźili nas w lewo doliną do drogi, powiadáiąc że po prawey ſtronie ieſt Ziemia Korony Polskiey, á po lewey grunt W. Xięſtwa *Woinski*. Z tamtąd prowadźili nas do grobli nád ſtawem, ktory názywáią *Kokorecki*, i náprzećiw tego ſtawu ukazáli nam ná drugiey ſtronie drogi ſieliſzcze. Mowili tedy Woinianie, iż námieniony ſtaw *Kokorecki* i ſieliſzcze náleżáło do człeka *Woinskiego*

skiego

skiego, názwiskiem *Kokoreka*, ktorego potomkowie ſą i teraz w Brześciu.

Ná to BRANIECCY odpowiedźieli, iż co Woinianie mienią bydź rzeką *Woinką*, ta rzeka nie ieſt *Woinka*, ale *Bujenowka*, ktora wpada w rzekę *Bránkę*; á zaś co ſię tycze wſpomienionego ſtawu *Kokoreckiego*, ten ſtaw ieſt naſz, ná ktorym chłop *Kokoreyko* zá cztery korcy żyta groblę uſypał. Od ſtawu prowadźili nas potym przez pole do ſtoku. Będąc ná tym polu pokazali nam Woinianie Krzyż, i powiedźieli, iż ná tym mieyſcu zábili BRANIECCY człeka *Woińskiego*, ktory żyto żął ná właſnym ſwoim gruńcie, i dwoch także inſzych ludzi *Woińskich* zábito ná śmierć w tymże ſamym mieyſcu. BRANIECCY ná to odpowiedźieli: Prawda że tam zabito iednego człowieka iádąc z iarmárku, ale o tamtych nie wiemy; względem zaś tego człeka, gdybyśmy byli kogo winnym ználeźli, práwem poſtąpilibyśmy, tylko że nikt winny ſię nie znalazł. Tym ſtokiem prowadźili nas Woinianie niby ćwierć milę do drogi *Parcowskiey*, ktora idźie od BRANIECKICH do *Párcowa*, mowiąc, iż po práwey ſtronie ieſt grunt Koronny, á po lewey W. Xięſtwa Woiński. Ná tym ſtoku pokazali nam kopiec á potym pień wielkiego dębu, o ktorym to pniu mowili, że ieſt gránicznym znákiem. Gdyśmy zaś przyſzli do drogi, ná tey drodze ukazywali nam Woinianie kopieć, ktory názywaią Uroczyſzczem *Szadimier*; tym gośćińcem prowadzili nas niby ná milę do Uroczyſzcza *Baby*, mowiąc iż po lewey ſtronie ieſt grunt W. Xięſtwa Litewskiego, á po prawey Koronny.

BRANIECCY pokazali po práwey ſtronie drogi kopce znáczne, mowiąc, iż po lewey ſtronie ieſt náſze, á po prawey *Suchowolskie* Koronne, pokazuiąc ná dowod kartę Práwa ſwego od Podkomorzego Lubelskiego. Woinianie odpowiedźieli iż po práwey ſtronie ieſt grunt Koronny, á po lewey náſz, tylko że BRANIECCY ſwywolnie i gwałtownie te kopce uſypali od ſześciu lat, ná gruńcie W. X. Litewskiego. Tamże Woinianie mowili, iż ná tym Uroczyſzczu *Baba* wiele ſię wsi ſchodzi ták z W. Xięſtwa, iáko też i z

